

Mb 7
Th 383.



IOAN. ERNESTI BURGGRAVI
Neost. Palatini Philosophi ac Medici

ACHILLES ΠΑΝΟΠΛΟΣ
Redivivus,

Seu

Panoplia Physico-Vulcania
quâ quilibet in prælio φιλοστρατος
in Hostem educitur
Sacer et inviolabilis

Cui præmissa est
MARCELLI VRANCKHEIM
I.V.D. *Εισαγωγικὴ σοκρατικὴ.*
ad Achillem
ωκυπτεροπλόμαχον.





Amsterodami
apud Hendricum Laurentium
1612.

BIBLIOTHEK
ZU DARMSTADT





En Rosa, quæ Geminis super æthera nititur alis;
Desuper incumbens stellam et inumbrat avis.
Vt flos, gentilis Virtus tua fertur in astra:
Vtq; ales stellam; sic polum inumbrat Honos.

ORIENTL. BIBLIOTHEK
ZU DETMOLD

Illustri & Generoso Dominô

SIMONI COMITI ET NOBILIORI DOMINO LIPPIAE,

Cæsareæ Majest. Rom. Sacratissimæ,

CONSILIARIO

Circuli VVestphalici.

PRÆFECTO

Et Copiarum indigenarum Ductori,

D. Clementissimo.

ET

Illustri ac Generoso Domino,

SIMONI COMITI LIPPIAE, &c.

Filio Primogenito, D. Clementissimo.

ILLUSTRES & Generosi DD. *Qui dona cœlitùs mortaliũ generi à Numine ter Max. concessa, secundum Rationem, ipsius Divinitatis imaginem æstimant, nihil Homini præstantius oblatum judicant, quàm rerũ cognitionem Naturaliũ, ejusq; propagatrices & conservatrices litteras. Qui verò Sapientiæ humanæ intima pertentant altiùs penetralia, animadvertunt seriò, quàm ad Philosophiæ Naturalis apicẽ, non paucis fortè concessũ fuerit aspirare, sed pervenire ne summis quidẽ ingeniis. Plurima enim multis fuit Sapiẽtia, velle ignorare plurimũ. Verè autẽ ut illi meo judicio statuunt, qui magnarũ non vulgari rerũ usu præditi, nihil Majorũ ingenio fuisse judicant præstantius; sic neq; isti placent, qui Veterũ pugnãt tantùm authoritatibus, quasi nihil non Sapientiæ qualiscunque à Veterum fuerit ingenius expensum examussim, quod ajant: & nihil hoc seculo putent eruditũ, si cum Majoribus conferatur. Viri autẽ illi sunt, qui non, ut apud* Ennium Neoptolemus, *paucis philosophandũ censent; sed multis, & tota vita, & tam se natos putent liberaliter, ut ingenuè velint à Majorib. erudiri: & si quid deliquerint, scriptis ausint posterioribus emẽdare: sed malè publicata*

à seipsis etiã, novis pòst editionibus damnare, hoc est scribendo proficere, & proficiendo scribere, & verè demũ philosophari.

Libertas illa est melioris Mentis, quam ego in Homine requiro: nec in Divinis tantùm Mysterius, ut non coactum sit judicium, nisi ad unicæ Veritatis normam: sed & in Juris Civilis Prudentia: & in Arte præsertim Medica. Et ut ad nostrã hanc Spartam. Ab hac judicandi & inveniendi libertate, insignium in hac Sapientiæ fodina venarum inventrice, magnum rei Medicæ incrementũ accessisse, ipsi authores sint redivivi, vel si placet Numina; Æsculapius, Hippocrates, Galenus. *Qui aliquantulum in re æstimanda pensi habẽt, etsi aliàs* Paracelsistis *illis præstigiatoribus, quos vocant, sint infensissimi; ab isto tamen hominum genere, quàm insignis ad hanc Scientiam facta sit accessio, non diffitentur. Nos* Theophrastum *quasi de cœlo delapsum non intuemur. Nec enim primus ille omnium, quæ arte* Chymica *præparantur, medicamentorum author est. Vetustiores multò fuerunt Arabes, & Itali etiam, aliiq; nonnulli, quorũ inventis ille, pro ingenij libertate de suo addidit, quod potuit. Tales fuerunt, & sunt etiamnũ in hac facultate non ἀσύμβολοι (testimonium dicant, licet capitales Chymicorũ osores) insignia Germaniæ lumina,* Theodorus Zuingerus, Basilius Valentinus Monachus, Oswaldus Crollius, Georgi⁹ Phœdro, Andreas Libavi⁹, Martinus Rulandus pater & filius, Ioannes Arcularius, Hieronymus Reusnerus, Christianus Rumphius, Ioan. Hartmannus, Iacobus Zuingerus: *Galliæ,* Ioseph⁹ Quercetanus, Theodorus Majernus Turquetus, Guilielmus de Trougny, Israel Harivetus, Guilielmus Baucynetus, Paulus Renealmus: *Angliæ,* Rogerius Bacchon, Ripleus, Thomas Mouffettus, Petrus Turnerus: *Daniæ,* Petrus Severinus, Ioannes Pratensis, Ioannes Scerbecius, &c.

O fructuosissimam studiosissimæ Libertatis solertiam! De me, ut pede meo me metiar, quid pòst ista lumina? Hoc unũ queo: magno me semper, rerum in Naturæ arcanis, remotiorum à vulgi oculis, desiderio irretitum, dum peregrè studiis Medicis invigilarem, undiquaque aliquid conquisivisse, convasasse, quo illam, quæ mihi erat curta supellex, facerem auctiorem, velis non ad inanem ab alio traditæ opinionis auram expansis, sed ad γνησιάν ἐγχείρησιν (quam summâ ubi-

que

que cum rei Medicæ jacturâ neglectum observavi) velut ad Cynosuram navigans. Sed quid? naviculam ad littus aliquod appellere non tutum est: quid dicam, mercis novæ & inusitata aliquid vulgo exponere? Bonæ frugis est aliquid? sed plebi invisæ antea & non gustatæ? Ecce tibi ut epulantibus Trojanis Harpyæ ex improviso adsunt,

Diripiuntque dapes, contactuque omnia fœdant Immundo. 3. Æneid.

Sic præstò sunt, qui magnis lateribus clamitent; præstigias esse, malas artes Magicas, Dæmonum malorum imposturas, rogo excurendas infelici; & quicquid suggerit fel inscitiæ, calumniæq; virus. Nec profligamus, nos imbelles, in hac palæstra conviciandi meretriciâ illos, quibus Mavors ventosa in lingua: ni Æneas nobis præsto sit, qui ferro arceat tam obscenas volucres, hoc est, tenebriones illos, qui carpunt illicò, quicquid non capiunt. Nec, quod boni est liquoris, ad alios potest defluvere, nisi Principes sint Viri, quorum velut per rivos Clementiæ ac Benevolentiæ erga Remp. litterariam dimanet, quicquid scaturit ab ingeniorum sublimiorum quorundam fonticulis. Ut enim, quæ summa sunt in rerum Natura, non copulantur cum infimis, nec agere vel pati vicissim queunt, nisi quid interjectum sit, quod mutua quadam cum utrisque affinitate illa utrinque conciliet & connectat. Sic etiam quicquid à summis Doctorum Virorũ (inter quos ego sortis sum infimæ) eruitur ingeniis, non transit in usum & bonum publicum, nisi accedat intermedia à Viro Principe authoritas, quà munitum transmittatur in manus omniũ. Sicut enim corpora illa simplicia, quæ Naturâ inter se prorsus direĉta sunt; qualia sunt Ignis & Aqua, nulla inter se affectione mutua consentiunt. sed à corpore quodã medio convinciũtur, quod facilem reddat eorũ affinitatem, à Naturæ utriusq; quadã communione, qualis est Aër: Eodem modo ingenium & inventa ab Arte omnia, instar illorum, quæ Philosophis τὰ ἐξ ἀφαιρέσεως, non traducuntur ad vulgarem aliorum captum, nisi favor interveniat & aura cujusdam Faventiæ à Viro Principe, per quam leni Spiramine derivetur ad inferiora illa & crassiora corpora.

A materia abstracta.

Tu verò pro cæteris lectissimus mihi cum filio, Illustris & Generose Comes, Domine Clementiss. cui advigilatã hanc lucubra-

cubrationem, quasi donũ Deo, religiosâ mentis offerrẽ pietate consecratam. Etsi enim fortunæ & eruditionis mea abjectio sit ejusmodi, ut licitũ mihi non putem, ad Ill. T. Celsit. scribere: tanta tamen Splendoris Gloriæq; tuæ, tanta laudũ tuarũ, per omniũ oras volitantiũ admiratio, non excussit calamũ, sed erexit, ut ego te (quod omnes debent, qui Musarum Venerantur Sacra) non sine munusculo, sicut haustâ, in cavam palmam, aquulâ olim ille rusticulus, Parthorũ instituto, veteri quibus nefas erat Regem sine munere adire, sic audeã salutare, in quo Virtutes omnes tali familiâ, & majori dignissimæ. Sũma est enim animi excelsi invictiq; Magnitudo, par Iustitia & Clementia; Rerum divinarum humanarumq; cognitio, sicut Dignitas & Munificentia cæteris mortalibus superior. Tum verò Philosophiæ Secretioris eximia cognitio, illustribus tuis Virtutibus cæteris maximè congruens; quippe quæ omnium, quæ in humanis sunt, præstantissima semper habita sit, & Dei solius, cujus Reges, Principes & Illustres Viri in terris sunt Imagines, à Simonide Viro Sapiente, possessio judicata.

Hinc singularis ille Ill. T. Celsit. favor & beneficẽtia in literatos Viros; adeo ut in mentẽ mihi veniat sæpe, tacitã quandã videritùm Illust. Virorum societatẽ cum Viris eruditis, ut dum illi tãta favore suo complectuntur eruditos, & sibi Gloriam concilient, & doctis Authoritatem. Testis est locuples & insignis Ioan. Lampadius Historiarum in Inculta Bremensium Schola Professor Ordinarius hospes meus, cùm Bremæ eram, mihi reverendus & non vulgarem in modum colẽdus; cui perspecta multis in negotiis est T. Illustris Celsit. erga literatos rara humanitas, affectus singularis, præstans munificentia, sapax de rebus omnibus judicum, ingenium de omni eruditione probanda perspicacissimum.

Quid de Militaris disciplinæ dicam scientia? Extra Spartam hanc meam est, in istius ire disquisitionem. Illud dicam, quod notam vulgo: Ejus non leve argumentum esse, quod tuæ Illustri familiæ Præfectura Militiæ summa in Circulo Westphalico cesserit. Unde stirps Comitum Lippiensium pace & bello exercitatissimorum facilè constat præ ceteris dignitas. Hinc illa Nobilitatis & Equestris Ordinis in ditione Lippiensi, in literarum & rei bellicæ studiis, ad Principis exemplum, contentio. Quid multis? Stetit tuis Consiliis, & ut

sacra

sacra nixus est anchora, DIVUS RODOLPHUS II. *Imperator; & etiamnum stabit* MATHIAS *frater successor* Augustus. *Perspecta enim fuit illi Sacratissimæ Augustæq; memoriæ rerum multarum Experientia, in Legationibus arduis Fides, quoties te usus Oratore. Et iste recens* Imperator *eadem utetur Virtutis & Ingenij fiducia toties probata.*

Adeo ut nihil sit, quod vel à Natura, vel Virtute, vel Fortuna sit expectandum, quin consecutus esse videaris cumulatissimè, nisi quotidie fructũ omnis tuæ gloriæ caperes uberiorẽ, quod filiũ videas Generosissimũ, & Paternarum avitarumq; virtutũ hæredem. Nullũ enim monumentũ clarius vel illustrius relinquere poteris, quàm virtutũ altissimarũ tuarũ talẽ Filiũ: quo ad gubernacula tuarum ditionũ promoto, Consules etiã longæ posteritati, rationẽq; invenies, quemadmodũ publicæ curã salutis post mortẽ (quam seram Bono publico vovent omnes tui) quoq; retinere videaris; ratus, id quod est maximè, Principis esse optimi, prospicere, ne malus possit esse Princeps.

Sed jam dudũ innuit mihi Pater, SIMON *Illustris, Generose & Clementissime Domine, ut à se digressus ad te convertam Orationem: quia laudes suas Pater non tam æquo animo, quàm tuas, audit. Panegyricũ non meditor: sed dicam quod omnes norũt oppidatim vicatimq;. Prælucẽt inte uno virtutes dignæ isto Patre: Magnitudo animi, Religio, Innocẽtia, Justitia, Clemẽtia, Liberalitas, Abstinẽtia voluptatũ. Indolis celsitudo perspecta est. Quas virtutes omnes in te probatũ est eminẽtes esse, ut ne in quovis alio majores videãtur desiderari posse: futuræ prorsus incredibiles, nisi te ex Comitũ Lippiensiũ stirpe celebratissima, et Filiũ* SIMONIS *illius meminissemus.*

Et quid postremùm dico, quòd ingenia & litteras impensè adeo diligis? Prætereo multa prudens, quanta virtute exacta adolescẽtia & juventus gesta hactenus. Cui & istud peculiare fuit, diligere quidẽ omnes, sed amicos tibi eligere, non quosvis de sphæristerio, de frutillo obvios; sed quorũ vita ad continentiam, ad litterarũ & armorũ studia erat composita: quòd memor esses, non omnes amicos esse debere, qui vos sequuntur, ut muscæ culinam, quæ cum nidore confluunt & revolant: sed qui virtute aliqua se tibi commẽdaßent, qua vel Pace vel Bello possent operã aliquando præstare dignam vestra Familia. Ad Patris nutũ scilicet illud erat agere omnia, & scire, non

alium esse debere Filium Patri obsequentiorem, quàm illum, quem certa Siderum decreta Patris Imperio destinaverant, quiq; paternæ avitæq; Virtutis & Gloriæ patrimonium; vivo adhuc Patre, suus ac Necessarius hæres adiisset in solidum.

Sed non longiùs me, quàm hîc par est, Illustres & Generosi Comites, Domini Clementissimi, laudum vestrarũ splendore, numero, magnitudine patiar detineri. Et quoniam ambo vos, hinc Pater inde Filius, ita mutuò celebres estis, ut vix aut tu melior, aut tu felicior esse possis: Nihil restat, quàm ut Deum Opt. Max. Servatorem Regionum vestrarum comprecor; ut quando rem ac statum Lippiensem Comitum duorum Patris & Filij, illius virtute maturioris, hujus indole crescentis, voluit esse florentissimum, è Cœlo faveat, & subditorum per vos perpetuam esse felicitatem sanciat.

Denique ut quanta possim cum animi submissione & veneratione Achillem *meum, etsi* πάνοπλον, *& à multis etiam Viris Illustribus desideratum, vestris Illustribus & Generosis Nominibus submittam, ut vestrâ illum Authoritate muniatis, quàm diu non nisi in charta armatus est, nec extra illam armis sese inviolabilibus induit, quibus ut adversus tela bellica, sic & calumnias, se sistat impenetrabilem. Quòd si quid videbitur obscurius, aut minùs alicubi conveniens, si ea facilitate nostra, quâ aliorum scripta respexeritis, venia nobis dabitur, in materia, quam vulgi esse nolumus: Quod malè habebit plebem litteratorum, cui nihil acceptum, nisi quod ex* Aristotelis *est dogmate: Cætera quæ ex Scientiæ cujusdam non vulgatæ latebris eruuntur, impostoras & malarum artium dictant præstigias, à quibus tam abhorreo (Deum vindicem in testem voco, qui animum intuetur Pietati Christianæ devotissimum) quàm ego me Vestris Illustribus & Generosis Nominibus in Clientelam dari cupio, & Clementiæ vestræ, quantâ possum religione maxima, votum est commendari. Valete & vivite vivite Comites Illustres & Generosi cum Illustri ac Generosissima vestra tota Familia.*

Dabam 8. Septembris, Anni salutaris 1612.

Illustr. & Generos. V. Celsit.

Devotissimus

IOAN. ERNESTUS BURGGRAVIUS

Neost. Palatinus D.

MARCELLI VRANCKHEIM,

I. V. D. ἐπίκρισις ϛοχαϛικὴ, *Ad Achillea* παναπεροπλόμαχον.

NON quiſquis es; ſed tu qui ἀνεπίδεικ]ος καὶ ἀνεπίδηκ]ος, hoc eſt, ſi rarus es, ades *Lector*; qui μυϛοδόχειον φιλοθεαμοσύνης occultioris, & τελετυργίας ergo ingreſſus es *Naturæ ſecretioris* ἱεροφυλακεῖον: non Philoſophiæ tantùm pulverulentæ illius, quæ in Scholis eſt, cujus *dictaturam* gerit Ariſtoteles *perpetuam*; ſed alius, antiquioríſne, inquam, an arcanioris lucernituus, B. F.

Non oſtentator et non arroſor.

Sacrariũm.

ἀγαθῇ τύχῃ

Conſultus nuper, non à cliente, ſed amico: non de diſtinctione obligationum, quibus adjecta eſt pœna; nec quando pacta cum emptore inita, ad eum qui retractu uſus eſt, tranſeant; vel pactum redimendi an retractum impediat; vel ceſſo nomine, quando liberetur creditor: aut miſtus conditionis eventus an conditionem committat: Sed de *Panoplia* quadam *Vulcano Phiſicomagica*, qua φίλοπλ]ος quiſquis eſt, *Achilleus* præſtetur ὑπέρμαχ]ος, in quovis duello hoſtis *ſacer* & *inviolabilis*: quid de *Periapto Martiali* & *Amuleto* iſto videretur. Ὦλᾶν, πρὸς τῦ φιλίυ! Arduùm nimis, inquam, mi *Bruggravi*: etſi non nimis arduum; illud tamen habe, ὁ πόλεμος κώνωνι μελήσει.

Amans armorum.

Armis invictus.

Heus per Amicitiæ præſulem.

Bellum Cononi curæ erit.

At ænigma certè eſt, non Oedipo ſed Mercurio ter m. vel Oſtane & Oſiride, aut Gebro ſaltem digniſſimum. Et *haſta* etiam hic *poſita*, ac Centumvirali aliquo in hanc rem judicio opus ſit; hoc eſt, univerſo non ſolùm P. R. ſed Græcorum Latinorumque procerum concilio; quorum coryphæi ſint Morienes, Zoſimus, Blemidas, Dardanus, Daſtinus, Bacchon, Riplæus, Alphidius, Iximedrus, Ventura, &c. Quid Prætore ſaltem aliquo dicam opus eſſe? qui jus *de tribunali*, ſi non dictet, *de plano* ſaltem *extra ordinem* reddat. At eorum quę ὑπὲρ ἡμᾶς, an ſolus ego judicium aliquod juris extraordinarij auſim mihi arrogare? Et quid aliud de ijs, quàm duabus hiſce veterum I. Ctorum notis queam? N. L. Inſtas tamen

Supra nos.

men, & qualemcunque me vis ferre calculum, & oppignoratam, nescio quam, tibi fidem reluere? At *Achillem* audio. Ille arma induit Patroclo suo, quibus etsi alter idem ille, impar erat. Tu nescio quid oneris, ex affectu & errore (etsi amico,) non judicio mihi imponis: & in me vis è trivio audire acceptum inde illud, κεῖται πάτροκλος; At æstimatæ tibi nuper vires nostræ. Vix exploratæ tibi, inquam, viriculæ, aut

Iacet Patroclus.

Horat.

— — *Quod ferre recusent*
Quid valeant humeri.

Et quantulum est quod potui ἐν ἀλλοτριῳ χορῷ; cujus erat è Bartolo, & Castrensi, & Alexandro, & Iasone aliquid glossarum, ad Q. M. Stevolam P. M. & Gallum Aquilium, & Labeonem, & Salvium Iulianum, vel Iulium Paullum & Domit. Vlpianum, Coryphæos duos, illum tamen πολυγραφώτερον, muginari.

At nihil das auribus meis. Quas, inquam, tu & alij tecum, ingenij virtutes in me cognoscitis, ego cum omnes opeculas scrutor, excutioque non agnosco. Sed hoc faciliùs me falli patiar, quia te, & tuos etiam, ante decipi video, quî enim mihi adeò sit *cornea fibra*, quod ajunt, ut possim illo sive judicio, quod vos vultis, sive quod ego contendo, errore vestro, non delectari? Ne itaque in affectu isto non respondeam ἀνὴρ τῷ μέτρῳ χὠ λώϊον; etiam *lactis gallinacei* videbor *haustum* sumsisse tui ergo: ubi non datur illa εἰς ταὐτον σωάγουσα ὁμιλία; cujus tantùm est apud me precium, ut ἄνευ καλαπειραλκρίας hoc mare nunc ingrediar: vel de *Aquila* saltem dicturus, etiam de *noctua* velim fringultire: vel de Cannis & Annibale expectanti aliquid, de Gryllo Vlisseo fabulari. Non enim tentabo nihil potiùs, quàm illud audiam è quadrivio; ἅμας ἀπήτων, οἶδ' ἀπερνέυλαι σάφας.

Eadem mensura & melius. Hes.

In unum cogens consuetudo.

Sine instrumento, quo maris altitudo tentatur.

Falces petebam athilgenes denegant.

Hoc est in hac malim ἐπικρίσει ςοχαςικῆ ἀςοχεῖν. Non enim isto casu erit *aram Deputentiæ* ponere.

A scopo aberrare.

Exesto, quisquis es Demades, cui hæc lucernam olent, διαπαννυχισμὸς alibi, in nostra messe, fortean dabo. Hic ad lineam; & jam, ut dixi, præter lineam: alibi ad limam. A i præsentem duntaxat isthæc, quam vides, Panoplian, quasi hortum Adonidos, concinnata sunt.

Satisque

Satisque mihi fuerit unum diem vixisse, quæ tàm imperfecta sunt, ut insectorum instar illorum sint habenda, quæ dicuntur *Ephemera*.

Principio quidem, rerum veritatem, ego à nemine mortalium, omni parte sui exploratam esse arbitror. Quin etiam *Hyems*, ut *Naturæ*, sic *ingeniorum* nulla est tàm aspera, cujus rigor non patiatur novos quosdam, ut Naturæ altricis omnium, sic etiam Mentis Bonę flosculos & fructus suppullulare. In Scientiæ, non minùs, quàm Naturæ totius videmus, æviterna successione. Et *Prometheus non unus* ille priscus est, qui *ignes* quosdam arcaniores, latenter, & apertè interdùm, è Cœlo aufert: & nullo quidem sacrilegio.

At hac vicissim equidem me hactenus mente quidni esse profitear? ut hac nostra tempestate an spei dicam oboriri plusculum? certe, rei quantulum? Quæ cùm apud me accuratiùs pensiculo: viros ego priscos dico, & magis quantò antiquiores. At hujus ævi nostrates hosce, quid aliud ad illos Heroas censeam quàm homullulos? Quòd eo ausim confidentius, quòd *decrepitam* non terrestrium, sed & cœlestium *naturam* esse, à magnis, viris decretum reperio. De languescente cœlestium corporum, & solis ipsius natura est apud Mathematicos nobiles; apud Copernicum, Reinoldum, Stadium, & alios. De natura terrestrium, apud multos; & de natura hominum apud Plin. quòd de *ingenio* etiam mihi liceat, de immateriali, inquam, parte illa in materia, quod ex eo colligitur; quia concreti domicilio corporis est insita.

Piscorũ laus.

Naturæ senũ.

ll. Revol. l. 7.

Rem militarem spectas? ubi gentium illa prisca est? Imò ne fuisse quidem cædimus. Quàm multi enim viri militares etiam, quibus fabulosa illa de innumerabilibus veterum copijs, & prælijs, quibus 300000. vel 400000. armatorum una acie fracta sunt? *Machinas* objicis *præliares*, à Germanis & Italis inventas? ô effæminatissimum ignaviæ nostratis propugnaculum! Appendis litteras? Si priscis confers, quæ sunt hujus sæculi, omni pudore sequestrato Divæ Effronti aram vove. Majorum ævo, suo quisque Marte, quid posset ingeniũ expe-

Bartholum Schwartium monotem nominant, inventorem, Anno sal. 1380. vel aliorum calculo 1354.

experiebatur in ista librorum penuria: quorum nec major, nec melior pauculos excipio, nobis pars in manibus; ex quibus velut ex uno omnes fonte, quas meliores habemus litteras haurimus. Veteres illi sunt Legum, Virtutum, Morum autores; pacis bellorumque arbitri, artium & scientiarum inventores; sapientiæ omnis dictatores. Adeò ut ævi hujusce *homullos*, illorum *hominum materiam* quasi *primam* in mentem venerit dicere. Illa enim est, quam Forma ut sit aliud (aliud quo intellige) sub illadem efficit. Vt enim ipsa non habet in se activum motus principium: sic videtur de ingenijs nostratibus. Nisi enim ab antiquis divinæ & humanæ Sapientiæ Magistris exerceantur, ceu materia potestate mobilis; velut à Forma, quæ potestate movet; non moventur quasi, & nihil agunt. Discere ergo nostrum est à majoribus; sed absque convitijs; quo quidem nescio quid veræ sit proprius felicitati. Docere est veterum, quo nihil est divinius.

Prisci homines; hoc dierni homulli, & illorum materia prima.

Philosophiam inspicis? Quæ prisca veteranorum illa dignus interpres nostra ætate tyro?

Astrologium excipis? At omnia ego recentiorum inventa, unius Siculi illius dicto, prope est, ut concedere arbitrer; quo, si alter foret terræ globus, se illum ad hunc pertracturum, vel hunc ad illum impulsurum, gloriabatur. Sed age: Astrologiam unam excipe. Cæterum quæ non è veterum sublecta commentarijs? quid non illorum diligentia convasatum? Quàm indignum, quòd tàm gratè haut acceptum ferimus inferiores, quàm haut gravatè majores contulerunt?

Archimedis, in Matheſi confidentia.

Picturas & sculpturas appendis? Quotusquisque est, qui de lineamento veteri rectum ferat hodie judiciùm? vel Lysippum è statuæ unius lineamentis æstimet? Sed derogari inquis, huic sæculo, quo ars reperta est, qua scripta queant formis Chalcographicis propagari, & tempus ipsum superari librorum perpetuitate? Sed hoc magnopere miraberis, si examines hoc scribendi cacoethes, non dicam insanabile, sed insanum? Qua enim insciti a vel temeritate vulgò non compellimur ad multiscriptionem? Ecce tibi me inter illos etiam (nam prodet hac

Typographia inventum debetur lubidini multiſcriptionis.

det hac etiam amicus, qui ſolet Meas eſſe aliquid putare nugas,)qui miſeras haſce chartas etiamnum oblino, quibus peperi excrementa ſint incucullanda. Quàm pauca nobis nota! immò quam ignota illa etiam? at quæ non omnium ſive nota, ſive ignota, non miſſa in litteras? & quid illorum quod noſtrum eſt ſcribimus? vel quid non alienum recitamus? Ab Antiquitate ergo, & primo homine ex Hebræorum Annalibus, carptim aliquid, & ſaltuatim hic libemus. *Catullus.*

Inventorum artiumque in herbeſcentis Naturæ, Mundique effloreſcentibus primordio, cùm fuiſſe ordinem credi par eſt, ut primum cibus, quòd natura omne genus animantium facere videmus, quæſitus ſit, quod in Generationis lege eſt, in Comment. Creationis. Dein tecti commoditatem homo perſecutus eſt; non quo ſeſe à Cœli injuria, quæ nulla erat, tueretur; (ſive Mundum verè ortum primo verè Sapientes autumant, ſive Autumno pleno vel adulto etiam,) ſed noctu, interdiú, quoties lubuiſſet ſe cum vira ſua reciperet. De veſte ſerò cogitavit: (ô felix uterque & nepotes, ſi nunquam!) cui rei argumento eſt etiam, quod nudi etiam nunc agunt homines. Sed ô ficulneam & fragilem primam iſtam, qua vix partes, quibus virilis à ſequiori ſenu diſtinguitur, integeret à defectione illa funeſtiſſima; cùm & calor jam & frigus arcenda eſſent. Succeſſit ferramentorum & inſtrumentorum fabrilium inventio, ſine quibus terra, ex quo iratum ei Numen erat, exerceri non poterat, nec à Kajino committi fratericidium, niſi pugno, vel fuſte, aut ſaxo patratum dicas ſcelus. *Ordo inventorum.* *Sect. 2. §. 16.*

Ac primus quidem artem ferrariam & æreariam & ipſe tractavit, & alios tractare docuit Tubal-kajinus ut eſt in Comment. Creat. quem arma & tela, cæteraque id genus alia fabricaſſe credimus. At qui arma & tela geſſerit feliciter; vi & bellica oppreſſione gentes ſubjugarit, colonios duxerit, urbes fundarit; mores, inſtituta, ſanctioneſque propagarit, Nimrodus fuit. En jam in Mundi incunábulis fuerunt. *Tubal-kajinus faber.* *Diſtinct. 4. §. 22.*

Pind. ὀλ. β'. — χθόνα ταράσσον. *Terram turbantes robore manum.*
Τᾶς ἅλικας χερῶν.
— Υἱῶν

— *Iurenum Pernicioſis prælijs virorũ.* ὀλ: γ'.

— Τέων
Οὐλίαθς ἀυχμαῦσιν ἀνδρῶν.

Et ævum quidem Mundi primùm itemque alterum fuit bellicoſiſſimum, at tela non erant pugnantibus violentiora, quàm quæ armorum tegumento retundi poſſent, niſi baliſtas & catapultas æſtimes, quarum uſus haut magnus, ſi militiam æſtimes. Sed noſtra iſthæc *Ætas Parentum pejor Avis*, bombardarum quas vocant, tubos invenit, lebetis chemiſtici operculo, ut narrant, in laquearia impulſo, vi pulveris, qui in illo erat, cum ignem fortè concepeſſit. Mox tubi fuſi farctiſque iſto anthracotheio ſale nitro, & tremendo cum fulmine diſploſi. Quid de Machinis addam bellicis immanioribus, quæ plauſtris vix promoventur ab aliquot jugalibus? Aggeres, Muros, Turres, propugnacula omnia diſjiciunt, à fundamento eruunt cum pulviſculo. Nunc revixiſſes Archidame, qui cum jaculum catapulta evibrandum videbas, attonitus exclamaſtis: *Herculi periit viri virtus!* & hæc noſtra intuerere? Minores ſunt tubuli ferrei, ut à ſingulis geſtentur, mox aptati quibus onerandis, doſeis aliquot ex humeris cingulo alligatas, in parato geſtant milites ſinguli; quibus thoraca ferreum qualemcunque tranſverberant. Quorum ab ictibus, ſi quis nova quadam & Vulcania armorum Achilleorum Fabrica, tutum præſtet bellatorem; næ ille mihi de militari diſciplina, quod nemo hactenus, tàm benè mereri poſſit, quàm malè olim ille, qui feralem bombardarum uſum, impietate & audacia pluſquam ſalmoneia tradidit poſteritati.

Horat.

Fecit Bartholus Zchwartzius.

Archidamus de machinis bellicis.

Vid. 6. Æn.

Sunt qui arma cudant è chalybe, quæ ictus ſclopporum, quos vocant, non perforet: ſed tàm inhabili pondere, ut qui illi onuſtus ſit, non dicam malus ſit Marianus, ſed vel in hoſtem ire nequeat, ni utrinque ſuſtentetur à commilitonibus aut ſtipatoribus, vel qualicunque niſu à caſu reſurgere, qualem accepi armaturam fuiſſe acerrimi cujuſdam Viri, cui *de la Berlotte* cognomentum fuit, quæ centum triginta ſex pondo appendebant.

Armatura de la Berlotte 136. pondo.

At noſter hic de *Armis* vulgata craſſitie, & gregario pondere

pondere, vel minori, efformandis cogitat, quæ omni, è scloppis & machinis præliaribus, quas gestant singuli, districtæ glandi sint inviolabilia, aut saltem impenetrabilia.

Quis ἥφαιστος πλυτοτέχνης dabit? Dari enim non posse, ut persuasum mihi sit, quis mihi Apollo sit? aut quis me coget etiam, non dari posse, nisi ab illo, qui Iovi fulmina & arma fabricavit, quibus debellandi erant Gigantes; quisque Martis & Veneris συνδυασμὸν, dijs Deabusque omnibus invidendum, nexibus invisibilibus circumdedit, & multa divis contexuit opere mirabili χλανισκίδια καὶ περιάμματα. Omnis enim est in *Naturæ Sinu* materia, ex qua educi potest, quicquid olim potuit. Et quod veterũ fuit ævo πυριατήριον καὶ τεχνεῖον, in hoc universi orbis inviolatum est receptaculo, & salva sunt omnia etiam σφυρήματα. Cœlesti opus est ad hanc τεχνοσυνὴν igne, & elementali macrocosmico? Patet tàm latè quàm tractus universi iste, cujus pulchritudo est in tanta rerum omnium quæ videmus, cogitamus, diversitate: hoc est, in immensum. *Artificialem* requiris? hoc est, *Philosophicum*, & *occultum* in rerum universalium, & singularium *Anima*, & *Instrumentalem menstruum*, elementisve stellarum ἀνάλογον? His verò τεκτονουργὰ præsto sit, atque hujus maximè

Vulcanus inclytus artifex.

Vinculum subtile.

Murenulas & torques.

Officina Fabrilis.

Instrumenta. Architectonicen.

Hoc opus, hic labor est. —

Architectus.

Quod si quis non posse ab hodierno ingenio extundi meditando putat, quod antiquis in mentem venit, in hoc, inquam, negotio; LICETO. Non enim huic quisquam ab autore vigilatum est, qui talia inventa ante malit *Deo Tardipedi* dare, aut majori esse periculo, quam *Annales Volusij* fuerunt, quàm in manus eorum incidere.

Quos si Argus servet, qui oculeus totus fuit,
Quem quondam Jovi Juno custodem addidit.
Is nunquam servet.

Pl. Aul.

Immò quos

Neque jam servare Salus, si volt, potest.

Capt.

adeò de ingenio illorum & nomine est desperandum, qui nec vatis illud audiant.

— Σοφὸς

Sapiẽs multa novit naturæ ſolertia. Πίνδ. ὀλ. β'.

— Σοφὸς δ' ὁ πολ.
Λὰ εἰδὼς φρᾷ.

Cujus quidem rei etiam, illorum eſt,

Experientia certè mortalium index, ὀλ. δ'.

— Διάπειρά τοι
Βροτῶν ἔλεγχος.

Tuum ergo eſt CITIUS MELIUS agere, mi *Burggravi*, & fugam antiquitatis, pro virili, artiumque ſecretiorum ſiſtere hoc ævo, & famam expectare,

ἀλλ' ἀφ' ἑξίας.

Apud Tyricorum Aquilem me legiſſe memini

Invulnerabiles filij Deorũ. Ἰλιάδ. γ'.

— ἄτρωτοι γε μὰν παῖδες
Θεῶν.

Placuit in receſſu magis, quàm frontè, & ſeriò. In Homero non minori penè religione, quàm olim Græci Apollinem Delphicum conſulturi; (movet quod Athenienſes legem tulerunt, ut quinto quoque anno, in Parathenæis, unius Homeri carmina publicè canerentur,) non ſemel vidi de Armorum Achilleorum Fabrica. Heroem audiri cui præter arma nihil arduum?

Muter m. hæc q. arma Deus dedit, qualia par eſt opera eſſe immortalium, neque mortalem virum perfeciſſe ὀλ. τ'.

Μῆτερ ἐμὴ, τὰ μὲν ὅπλα θεὸς πόρεν, οἷ' ἐπιείκες
ἔργ' ἔμεν ἀθανάτων, μηδὲ βροτὸν ἄνδρα τελέσσαι.

Magis dicam acuiſſe intentionem? acuit Vates nunquam non par Homero; in plurimis non illo tantùm, ſed ſeipſo major: (Poëtarum ille Plato, & Alexandro Severo Deus: ex quo ſors etiam petita Ælio Hadriano, & fortean ſperata exijt,

Quis procul ille autem ramis inſignis oliva
Sacra ferens! &c.

5. Æneid.

Ingentem clypeum informant, unum omnia contra
Tela Latinorum. Et illud:
Altè ſublatum conſurgit Turnus in enſem,
Et ferit, &c.

— *At perfidus enſis*
Frangitur, in medioq; ardentem deſerit ictu.

12. Æneid.

— *Poſtquam arma Dei ad Vulcania ventum eſt,*
Mortalis mucro glacies ceu futilis ictu
Diſſiluit, fulva reſplendent fragmina arena.

Virgula divina nutat; & jam perſtrinxit oculos metallum. Altiùs in venas eundum eſt: nec ſomma terræ cutis

vel

vel ſuperficies tentanda. In ſenſu abſtruſum eſt aliquid, quod non eruat Servius aut Donatus quiſpiam. Sed ante Achillis & Cygni duellum vide apud Poëtam audaciorem, & fidentiorem Rutulo Neptuni Filium.

— *Non hæc quam cernis, equinis*
Fulva jubis caſſis, nec onus cava parma ſiniſtræ, &c.
— *Remorebitur omne* Metam. 12.
Tegminis officium, tamen indiſtrictus abibo.

& mox haſta ab Achille evibrata,

— *Humero ſonuit non evitata ſiniſtro:*
Inde velut muro, ſolidaq; à caute repulſa eſt.

ἔχεις τὸν ἄνδρα χρῷ τῷ σώματι. Sed & ipſa Habes Virum: utere corpore.

— Ἀθηνᾶ
Δῦν ἄϊδος κυνέην, μήμων ἴδοι ὄβριμος Ἄρης.

Malè equidem meo judicio, illi inaugurati litteris, qui præter litteras hic venantur nihil, Blēni, Plumbei, Muccidi, Somnia; qui nihil ex ijs captant præter fabulas. Quod Philoſophi fecerunt; ego magis nuſquam non à Poëtis (apud quos non id eſt, quod Helicon vulgo eſt, pedibus verſum ſtruere, & magnis numeris exiles ſenſus clangere; ſed amplius in receſſu quàm frontè promittere,) quæſitum arbitror. Pythagoram ex inſomniis ajunt, & quæ per quietem vidiſſent, de auditorum ingenio judicaſſe. Plato in Conviviis & Sympoſiis de Indole & moribus explorabat. Ariſtoteles & iſto, & illo fortean meliùs etiam, ex ſermonis obſcuritate, ac ſubtilitate, de ingenio cujuſque diſcipuli conjiciebat; & acutis τὰ μυϛηριώδη ἐν ἀπορρήτοις tradebat: tardos verò à commentationum ſuarum lectione rejiciebat. Quem ego diſciplinarum occultandarum morem apud Græcos tralatitium fuiſſe autumo, Orphei opera, qui ab Hermete ter M. Ægyptiis illum acceperat: qui & inter Brachmanos Indorum ſolennis eſſet, à Perſarum Magis propagatur, & Chaldæis & Armeniis & ipſo Nocho, cujus ſtudio (authore Beroſo) idem ille ritus, ad Hetruſcos defluxit etiam, & ab iſtis ad Romanos. Vnde illud eſt primorum Sapientiæ Dictatorum; περὶ τέτων δὲ ἐν ὁδῷ. Poëta cæteris mortalibus diviniores; non tàm præſentes mihi, quàm poſteros videntur, ut Aquila ſuos fœtus, explo-

Mineruam induit Orci galeam, ne ipſam videret potens; Marſ. 14. ep. 1.

Veterum ingeniorum exploratores.

De his, non in Via.

rasse. Conniv et obtutus ad radios arcanorum? à sacris, ut adulterinam arcent sobolem. Acies firma pervadit nebularum quarundam caliginem, qua abstrusum illud sepserunt ἀγνευλήριον? pro legitima recipiunt sobole, & quasi suam fovent. Fecit Pythagoras *arcanorum parens*; & ænigmata pro sententiis dictavit auditoribus, ut terreret istis velut tenebris suæ orationis, qui lucem per illas nequirent intueri, aut oculis ad illam, ut degeneres aquilæ fœtus conniverent. Sapientiæ primates illi proceres symbolis ac notis, & nutibus etiam loqui quàm verbis maluissent.

Occultata Veterum Sapientia.

Quod si reperiantur itaque è vulgo, qui in Genium vel bonum vel malum rejiciunt, quod non cernitur ad oculum, per caussam manifestam & apparentem, quod tamen fit *circa prudentia*, ut ajunt Philosophi, *actus reconditos*, ipsarumque artium; quæ non in rerum Natura depudicarint inertes illi, nati hercules ex hujus sœculi fœtore, ut Bacchus è Iovis femore. Et cum his qui sentiunt, næ illi haut magis sapiunt, quàm benè olent qui in culina habitant.

Sed ne quid illa calcemus in trivio καθάρματα. Sunt enim illi naturæ suæ relinquendi, ut medicorum judicio desperatæ curationis carcinomata, quæ si attrectes Medicamine, in edacem & mortiferam lacessas serpiginem. Fugimus, Fugimus tales sicut veteres busta, & bustorum formidamina, & sepulcrorum terricula. Menta, & noctium occursacula, *Plut. περὶ ξυθυμ.* αἱ γὰρ σικυαι τὸ γείριστον ἐκ τῆς σαρκὸς ἕλκουσιν. Illi verò quòd pestilens est, è salutaribus Naturæ secretis non tantum hauriunt, sed & virus ijs infundunt. Sed ad μελάλειαν descendimus Diu verò μελαλεύειν nihil hic attinet; quod *magno Naturæ Atlanti Plinio* relinquimus. Totum enim quod investigamus, à mixtionis Natura, & mensura temperiei, ad compositionis appendendum esse putamus æquilibrium. Sed de auro non abs re paucula. Colore Solis est nobilissimo; etsi argentum, quia est lucidius, colore Plinio visum sit esse nobilioti. at Sol diei caussa est; ergo color ille nobilior, quem aurum stringit; quod quantò magis igni excoquitur, tantò magis enitescit,

l. 33.

l. 38. *c.* 3.

& obry-

& obryzum est. Et Pindarus litem omnem disterminat:

ὁ χρύσ☉ ἐφόμεν☉,
ἀυγὰς ἔδειξεν ἁπάσας.

Aurum coctum splendores ostendit omnes.

De electro attinet propriùs. Alienum à mysterio genus illud est, quod defluente ex arboribus medulla, quæ pinei generis, ut gummi è cerasis, nascitur. Succinum veteribus. Nam animalcula sola implicat, non hominem munire possit. de quo scitissimum est Apis apud Mart. Epitaphium:

Num. d'.

Ambros. Hexaem. l.2.6.15.

Et latet & lucet Phaetontide, &c.

Et alterum, nescio an concinnius:

Flentibus Heliadum ramis &c. vide Plin. Alterum est metallum, de quo apud Isidorum ex Plin. Tertium artis cura confusum, quinta argenti parte auro addita, ut præscribit Plin. Vlpiano judice auri appellatione non continetur, ut nec aurichalcum l. 4. π. de legat. & fideic. 1. cui Tertull. suffragatur contra Hermog. dictum Isidoro ex hoc, quod ad Solem qui Electror antiquis, clarius auro argentoque reluceat. Atque hujus aliquem ego usum in hac Panoplia esse censeo.

l.37.c.2.

l.33.c.4.
l.16.c.23.
l.37.c.2.

Sed ferrum cominus tractandum. Hujus enim partes in hac fabrica, quod Orator olim de Actione Rhetorica, dixerim primas, secundas, tertias. Et metalla quidem alia solis effodiuntur divitijs, alia delitijs: Hoc vero in usum longè uberiorem; sed bellicum præ cæteris. ô furorem humanæ crudelitatis, non fatalem sed feralem! Ferro non lacertis tantùm excussò, aut missili & volucri, aut tormentis, veterum etiam concitato nos abuti: sed longè alia violentia, mortem ei alitem pennis fulmineis adaptasse. Azalum antiqui ferrum habebant; Plinio Sericum, in Serum regione natum, quam nonnulli Chinam esse autores sunt: Marciano est Indicum; l. ult. §. servi. π. de public. & vestig. & comm. acie tanta, ut ferrum quodvis incîderet. Hodie apud nos non reperiri asserit Guido Pencir. Vulcanus apud nasutissimum hominem Lucianum illo acutiorem, suam jactat securim: ἔχω τὸν πέλεκυν ὀξύτατον, εἰ καὶ λίθος

Vide Christ. Mil. l.2. l.34. c.2.

Rerum mem. l.1.

Lucian. περὶ καθ. Accus.

δεόι μιᾷ πληγῇ διατεμεῖν. De qua apud Thebanum vatem.

— Αφαίςυ τέχναισι.
Χαλκελάτῳ πελέκει,
Πατέρος Αδαναία κοριφὰν κατ' ἄκραν
Ἀνορύσασ' ἀλάλα.
Ξεν ὑπερμάκει βοᾷ.
Οὐρανός δ' ἔφριξένιν κ γαῖα μάτηρ.

Ολ. ιδ. ϛ'.

At non cum illis ineptiendum, qui in Iava majore, ajunt, raram esse arborem (rara profectò sit necesse est) cujus *medulla* sit *terrea*: Hactenus non tam propè quidem mendacium;) exilem illam quidem, cæterum porrectam ab imo ad summum plantæ fastigium. Ex ea fructum qui gerat, *ferro* esse *impeditrabilem*. Quàm velim hoc procul ab omni sit, mendacio, ut nos ab omni mendacio voluntario sumus alieni. Sed penes unumquemque esto, ut in re litteraria simili, inter Fabulas vel Historias istiusmodi referre commentaria.

Rerum Indis script.

Nos ferrum, non arborem, quærimus, & chalybem ista duritie & soliditate, quod nullius corporis (pro analogia intellege) percellat violentia. Atque hoc, nostra quidem conjectura, ab artificiosa quadam ἐναπομίξει cudendum, quæ *cum cœlo paciscatur*, & cui prope sit transnaturale *cum influentiis commercium*, adeò ut qui figuras Iovis vel Martis, cæterorúmve Planetarum nihil huc conferre putet, ut *signum* aliquod *virtute* quadã *occulta* instruatur à *Potentiis cœlestibus*, pro opere accommodato; eò quod artificialia sint à nostra voluntate, quæ nihil superius imperet; tàm imbecillo sint obtutu ad rerum à captu vulgi remotarum speculationem, quàm ad solem intuendum Nycticoracis visus.

Mistura.

In metallorũ commistione, basis artificij.

Semen tis & messis, nunquid in nostra voluntate? sed an quavis tempestate, pro nostræ lubidinis arbitratu, erunt ex usu fructu nostro? Omnis plantatio, insitio, stercoratio, fæniscecium, turicultura; non voluntaria? At quis adeò tenellis infantiæ persuasionibus (ut Claud. Momert. verbo dicam,) in senectute puerascit, ut nihil conferre censeat, sub hac vel illa constellatione? Quod si multum vulgò in illis virtutum cœlestium conoperatationi

l. 1. de St. An.

ratationi acceptum damus; nec quocunque ſitu & poſitu Aſtrorum fruges terræ credimus: quis ille, cui Natura ſit Aſinus ad molas adeò, ut quibuſcunque ſuperioris Mundi influxibus, Cabalæ conſultum velit prodere ac producere, proprietates quaſcunque rerum quarumlibet ineffabiles?

Iam verò res omnis, quæ per impreſſum ἀποσφράγισμα καὶ σήμαντρον effigiatæ rei aſſimilatur, magis ei per hanc ideam, quàm ſine iſta aſſimulatur. Hoc verò eſt ἀναμφισβήτητον καὶ ἀδίσπακτον; Metallum iſtud Iovi, illud Marti, & ſuum cuique aſſignatum. Quod ſi ergo, ut eſt ἀναμφίλοχον, καὶ ἀναντιφώνετον, per quantum à ſe ipſo, ita & per quale fit aliquid alteri ſimile: quis non intelligat, magis illud tale fieri, per utrumque, quàm per alterutrum? Æs, vulgò Campanum, ſic aërem ſolo pulſu, ut tonitru è machinis bellicis vi anthracotheio ſalenitri diſploſum, terit, tenuat, terebrat, diſſipat, tempeſtatem averruncat. At non hoc impedit, quo minùs à cœleſti in conflationem defluxu virtus infundatur non minor deſuper, quàm qui eſt à ſiderum opera, in herbis, & lapillis tempeſtatum calamitatem amolientibus.

Indiſceptabile cui, contradici nequit.

Quin & ipſa miſtæ σωμμοσύνης καὶ ὁμοθσίας natura, ſingularis cujuſdam enaſcitur ἰδιοσογκρασίας forma, quę non reperitur in omnibus individuis, in quibus ſeparatis ἰδιότητες quædam ἄῤῥητοι diſcernuntur. In quarum conſiderationem eò nonnullos periculosè nimis animadverto progreſſos, qui aſtrorum ingeniis tantùm aſſignarint potentiæ; ut *naſci poſſe hominem* commenti ſint, *cui Aër, Mare, Venti, Tempeſtateſq;*, ſi *intellectum* ritè *ad res* applicet, haut ſecus *obſecundent*, atque navis Echeneidi, vel ut Hercules Omphalæ. Nimis, inquam, temeraria iſthæc ſapientia, etſi multis fulcita rationibus, non dicam autoribus Pauculi enim illi, & quibus inſuſurrandum illud Syneſij: μὴ ἔκπυϛα ποιεῖν τὰ ἄξια κρύπτεσθαι. Non enim minori opus eſt religione talia tractantibus quàm olim erat iis, qui initiari volebant ſacris Eleuſinis. Et irreligioſæ nimium mentis eſt, quod pauciſſimi ſcire poſſunt, multorum conſcientiæ publicare. Illud haut nefas eſto perpurgatis auribus, ex Avicen-

Proprietates ineffabiles.

ἐρκθλιάνω. *Ep. 143. Non evulgare, quæ digna celari.*

Scrinio arcaniori.

næ ἐγγνηθήκη. *Intellectui benè dispoſito & à materia elevato, omnia obedire naturalia.*

Atque hoc eſt *magicum* Antiquis *imperium*, *ab elevatione Animæ* in materiam viſilem & inviſilem: (duplex enim ea Sapientibus iſtis:) ut *ſermo influentijs* modo quantitativo, quem vocant, nos commenſionis dicim⁹, *rite ſociatus* edat effectum quem intendit Actor. Hoc P. Trapolinus intelligebat, cùm *verba & characteras* reſpondebat *inſtrumenta* eſſe *corporum cæleſtium*. Vnde qui conſurgant effectus, non ſit arduum colligere; etſi dictu arduum, quo ductu *cœleſtia* quippiam in proportionatas *characteras* imprimant ad effectuum ſperatorum productionem.

Sæpe Tranquilli ſcriptũ deſidero, quod de nominibus & verbis ominoſis fertur ſcripſiſſe.

Sunt qui *verbis* dixerunt *impreſſam* à Genijs *notationẽ*, quæ nos lateat: ubi verò fit cognita, movere cœleſtia. Tales Syneſius, Alcinous, Speuſipp⁹, Iambl. etſi variat Alcinous. Cauſam in imagine indagat Cicinus, quòd *verbis rerum inſint ſimulacra*. Ego nec inter locutoriam ſententiam hic pronunciarim. At definitivam tulit Th. Aquinas, & alij pedanei Senatores. Et Imagines, quas Aſtronomicas vocant, ex operatione dæmonum (malos dicunt) vi quadam ad effectum pollere contendunt. Naturaliter enim illas ad nihil operari: & imaginibus tacita quædam ineſſe pacta cum mala dœmone. Quod Gregorio de Val. probatum.

in ſec. 2. q. 96 art. 2.

Comment. Theol. t. 3. d. 6

At ſententia ipſo jure nulla eſt: ergo retractari etiam & reſcindi poteſt, toto t. C. de ſent. ex per. rec. toto t. C. quom. & quando jud. ſent. quæ non erat ferenda, niſi lite conteſtata, cauſaque plenè cognita, & receptis probationibus. l. fin. §. fin. π. quod m. c. l. ſi ut proponis, & l. conſentaneũ C. quom. & q. jud. Clem. paſtoralis de ſent. & re jud. Nos utrumque viri ſanctiſsimi (ſi quid liceat ἀποψηφίτησθαι καὶ ἀντεισφέρειν) decretum repudiamus. At inquiunt, Figura non eſt actionis naturalis principium. Nihil, inquam, adverſus nos iſthæc ratio. Iſto enim intellectu veſtro, figuram naturalis eſſe actionis principium, nemo, quod ſciam, contendit ſerio. ô papavera, ô piſtilli: qui verba qua ſunt nudæ ποσότητες, actionem credunt promovere. Ad Picum noſtrum, ſi digni ſunt,

Legem legi obrogare.

Quantitates.

(Anticyras

(Anticyras enim deberent, ut helleboro caput defæcarent primitus) ablegamus; ubi *nulla nomina*, in quantum nomina,& ut ſignificativa; ſingula,conjuncta, *virtutem in opere Magico* docet *habere*:ſatin' clarè? Nec aliud habet adverſæ partis decretum: Nomina nihil adſignificantia plus valere. At cùm nomina ſint rerum congruentes,ut plurimum ſignificationes; iſta quę cum re congruunt, naturaliter majoris eſſe virtutis, ſequela ſit, quàm quibus nihil cum rebus convenit. Quod refutant Sapientiæ arcanioris conſulti. Horum enim eſt omnem,iſto intellectu,quantitatis rationem eliminare.

Cont l. cab. f. 105.

Nomina nihil ad ſignificantia valent in occulto Sapientis.

O ignavos ergo tyronos,qui non tàm pede collato in Cabaliſtarũ acie pugnare didiciſtes,ut hiſce velitũ Scholaſticorum fundis protelemini: Verba ſunt quantitates, à quibus omnem Academici actionem procul removent. itemque quòd nulla ſit verborum in morbis opera, eò quòd extra morborum verſentur ſpeciem. At quod agit,ſua qualibet ſpecie,dum agit,circumſcribi.

Νήπιοι οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς. *ἡσιοδ. ἔργ. καὶ ἡμ.*

Larvæ & oſcilla illa γλύμματα ludicra, quæ in conviviis ſpecies mille formarum, ut Auſonius ait, dabant; illos terruerint,qui his toreumatis moventur.

Quis peponem adeò pro corde habet, qui non ſuſpicetur fraudem ſophiſticam,qua ſenſu compoſito imponunt ea,quæ ſenſu diſtincto tantùm vera ſunt. Non equidem magis ille his ſacris, quàm Nero erat Eleuſinis,initiatus eſt,qui non capit cur *Hebræa nomina*,vel ab Hebræis derivata plus *valeant* in Magia. Qui verò iſtud non capit,ille neque hæc capiet, cur *Natura* primùm *in voce Magiam exercuerit*: & cur illud quod eſt quaque in re primum etiam debeat conſequentibus & poſterioribus anteire,& *agendi Potentia & efficacia*. Multò minùs unde cuilibet voci ea ſit virtus,quaque ratione *vocis Magicæ virtus*,ut loquũtur,*à voce Dei* formetur. Quodque non alia ſit rei ad rem,quàm verbi ad verbum ratio? itemq; non alia hujuſce rei ad hoc nomẽ,quàm alterius rei ad nomen alterũ: *Plenam Lunam in Salomone* noſtin'? *Plenũ Solem in verò Meſſia* propè intelliges. Nec obſcurum erit,quid illud Pici velit: Plus poſſe *characteras & figuras*

Nominum Hebræorum vis occulta.

Vide P.S.de Myst.Chald. C. 10.

figuras in opere Magico, quàm possit quæcunque qualitas materialis: vel quo ductu per appropriationem characterum operi magico, approprietur numerus operi Cabalistico. Hoc qui apud Mirandulanum secretioris naturæ consultorum,è recentioribus, prope unum Pontificem M.non capis, EXESTO. Ni enim *formalis Arithmeticæ denarium*, naturamque primi *numeri sphærici* perspexeris, Tiresias es,nec ad 50 *Portarum Intelligentiæ* & *Jobelæi* admittere *mysterium*, & illud quod est *Millessimæ Generationis* & *Enesuph* omnium sæculorum, quod an satis aperuerit Reuchl. non est hujus loci disquirere : & an ex *dupla proportione* consurgat præsens *Arithmeticæ formalitas*, alibi fortean agemus. Explicatione *quaternarij* certè *in denarium* ei opus est,qui ex ineffabili nomine, nomen 72. litterarum velit deducere. Vocibus, inquam, nihil ad significantibus vulgò opus est,quarum singulæ ternis constent litteris, quæ ex paragraphis 19. 20. 21. Exodi colligendæ: è quibus enascuntur 72. Angelorum nomina,stratis 32. *Sapientiæ semitis*,pavimento à 22.characteribus tessellato,& scalis è decem *numerationibus Kelimeh* erectis, quorum in fundamēto est mysticū illud *Schemhamphoraſch* tetragrammati nominis expositoriū: quorū contemplatione consuetudo Sapienti cum Angelis conciliatur: qualis Adamo fuit cum Raziel, Semo cum Iophiel, Abrahamo cum Zadkiel, Isaaco cum Raphael, Iacobo cum Peliel, Mosi cum Metattron. Hac instructus *Intelligentia Magnus* ille Dei *Interpres*, Mare Erythræum divisit & in gentem in sicco transmisit exercitum: non verò refluxionis nactus occasionem (quæ ingens quidem in illo & penè stupenda est,) ut divinarum litterarum,& Hebræorum osores impiè mentiti sunt : cùm ad Sues usque, quod intimo in recessu jacet, mare operiat & inundet, nec unquam sic æstu recedente nudet, ut sinus interiores, quà Hebræi trajecerunt, sua decessione aperiat, quod docent Geographi.

l.3.artiuCab.

Hebræorum Cabalistarū Mysteria.

Mosis aquis divisis,nō refluctionis opportunitate usus,transmisit Erythræum Mare.

I nunc & *herbam finitam*, quantulum, *nomini* ejus quod est *Infinitum* antepone; qui non capis, quid sit quod Elisæus petente Rege raticinari ante non potuit,

quàm

quàm manum imposuisset *Psalterio*:& quamvis natura vates esset,tamen opus ei fuerit hac ultima dispositione.

Hæc ergo est illa *Cabala Recepti & creduti Semita*, qua legitimus hujusce mystes pervadit *Tenebras* & in *Splendorem* erumpit: ab hoc in *Lumen* emicat, ab isto in *Lucem*, ex hac in *Luminare Ensops* sub Entis modo comprehensum : & jam cœli inquilinus *Animam Messiæ* contemplatur, omnesque cœlestium ac terrestrium virtutes formarum discernit, & miracula suscitat characteribus,qui tralucent in *Fundamento Spiritualis Sapientiæ*; vide R. Mnahem Recanat comm. in Exod. 14. R. Zaadiæ in l. Amunoth. Sopher Amah,& Ios. Ben. Carnitol. P. Scal. Atque ista est *Zamaelis* & *Typhonis* unio, ipsiusque *Ensoph* & *Noctis* primæ . Etsi Pico Mir. Ensoph Cabal.& Nox Orphæi idem sit:*Horizon*, inquam, *Temporis* & *Æternitatis* infinitæ : *Horizon Æternitatis* Temporalis: *Horizon Mundi Supersupremi*; quibus est terminus Ensoph. Sed Azazelis terret judicium. *l. 3. Encycl.* *Thesib. concl. Cab.* *Picus concl. 800.*

Nihil hic de Symbolica Pythagoræ Philosophia , de qua nihil Reuchl. judicare ausus, ut nec de Rabinorum scientia coram Leone X. P. M. agens adversus Iacob. Hoech stratensem, hæreticæ pravitatis, quod dicunt, inquisitorem ; qui ac rem Capnioni Phorcensi litem movit de *Cabala* & *Oculari* quodam *speculo*. *Art. cab l. 3. p. 53 & 62.*

Vani autem,etsi lepidi,qui Iehoschuæ 48. tantùm *Portas intelligentiarum* apertas fuisse garriunt ; & frustra Schelomonem de redaperienda *quadragessima* nona laborasse. Vaniores illi etiam qui, qui Moysi 49. tantùm commenti sunt. Multa enim futiliter Ramban in Gen. vide Capn. Nequid hic de Schem. Hamphoristicis infelicium Iudæorum blasphemiis; qui I. Nazarenum D. N. (quem σὺν δορὶ σὺν ἀσπίδι oppugnant , πολέμῳ ἀρχιδαμίῳ) per illam artem in S. Sanctorum repertam, miracula edidisse, non dicam commenti, sed ἀθεμιτουργίᾳ nefandissima mentiti sunt. *Art. cab. l. 3.* *Pausã in Lacon. cum hastã tùm clypeo, bello Archidamo.*

At ne quid adeò διεξοδικίως. Hac Sapientes muniti pectus non lorica,sed Ægide, omnes opinionum ballas vulgarium uno difflant Spiritu: Signa esse quantitates vel in quantitate qualitates, quorum neutrum est de *Vagè.*

In 4. Phys. Radiore Musa. principijs activis; ut est apud Comment. Agite, lubet vobiscum paucis agere παχυμερέστερον, qui nec dum in Naturæ sinceriores λεξιαρχικὸν relati estis.

Album in quod referebantur qui sua tutela factierant, Forma rei externa & color vel gaudium vel mœrorem non inducunt? Annulus charactere Iovis vel Martis sculptus ad influxum & signaturam, ut ajunt, vel Iovis vel Martis recipiendum non erit aptior, quàm alia sculptus quavis effigie? At verba sonos ajunt, quorum est auditum solum informare. Primo & per se intelligitis? Cedo & credo. At non educere virtutes alias secundario vel κατὰ συμβεβηκὸς, quæ sequela sit? Dicente Adriani Deo, Arpinate, inquam, Tullio Cæsar non audivit; sed tantùm non stupuit. Carnem Tyrtæi, à studiis Poëticis cæteroquin aversi Lacedæmonii, non auribus sed oculis acceperunt. Timotheus ἁρμάτειον νόμον concinens, Alexandrum ad arma concitabat. Orpheus belvas etiam, & si quid belvis immanius: ille ad arma Reges, hic quercus & ilices etiam ad tripudia.

Plut. de virt. & fort. Al. Magni,

l. 13. de Theol. Plat. Movet phantasia scilicet, ut est apud M. Ficinum, Appetitum, Voluptatem, Dolorem, Metum. At Doloris & Lætitiæ, (ut de cæteris, quæ in immensum eunt nihil) qui effectus? quæ miracula? Vitæ & Mortis pariter sunt arbitri. *Singultum* & *Febres* *Metus* abstergit. *Linguam* Cræsi Filio solvit; vocem reddidit. Nobilem, qui ob pudicitiam Virginis in aula Car. V. expugnatam erat plectendus capite, sic repente mutavit, ut à nemine familiarium agnosceretur postridie. Corneliam Pompei audin' Marito Creso: *Turpe mori post te solo non posse dolore.* At Lætitia est violentior. *Pugna, ad Thrasymenum lacum, facta, fœminam in ipsa porta* (Livij verbis dico) *sospite Filio repente oblato, in conspectu ejus exspirasse ferunt: alteram, cui Mors Filij falso nunciata erat, mœstam sedentem domi, ad primum conspectum redeuntis Filij gaudio nimio exanimatam.*

Vires Metus & Latitiæ.

Lucan. l. 22 p. 111.

Stat. Exerc. CCC. XLIV

Quid? quòd dentes ex auditu vel aspectu quarundam rerum stupescere sentimus: & salivam moveri; immò urinam quoque. Eques vasco fuit, qui audito phormingis sono, urinam illico facere cogebatur.

Frequens nimis ab *halitu* & spiraminè est *infectio*: ut

vel

vel athletica, mehercle, plus quàm soliditate sit, quem nulla læserit contagio; vel obtuso nimis cerebro, qui Spiritum à corpore efflatum mox putet evanescere. At in malis, ajunt, est efficacior? Non ob id movemus Græci Bellum Trojanis. At boni flatus non aliquam saltem dabunt efficaciam? A sano & vegeto Spiritus suavis est; ab ægro noxius. Ægritudinem afflabit unius fortean contagiosus halitus: ad sanitatem verò non uno valenti & jucundo sit opus Spiritu. Vide Aristotelem, vel Conciliatorem, si mavis, Aponensem, differ. 156.

Debilit. animal. etsi adversanti sibi

Sed phantasiæ virtutes mirere? & *signaturas fœtui*, si ve à *desiderio sive objecti fuga* imprimi à fœminis? vide etiam livide, & invide *effectus reales rei affectæ & imagini affectatæ, vel abominatæ similes*; & ad extra, quod ajunt, vide solam, quod nolis, nocendi lubidinem maleficarum, plantis, brutis, hominibus esse exitialem: (pro cujusque naturæ dispositione,) eandemque fascinationem non, ut puero, sic vetulæ exitialem. Docuit vates: *Nescio quis teneros &c.*

l. 9. l. 4. c. 4. & 29 probl. 5

Affectus agit in alium, quam cujus est affectus.

In aliud ergo affectus agit, quam in id, cujus est affectus. Ex quo elicitur illiud etiam: verbis homini ab homine noceri, ut salutem conciliari, posse. Pro quo vel primum pilum ductarim in Cardani acie, vel contra ipsum Cæsarem, nec veterano, aut veianio cessetim in hoc conflictu, etsi tyrunculus.

Ense levis nudo, parmaq; inglorius alba. 9. Æneid.

Quis illa, inquit, verba eum docuit?

Gerræ Germanæ, & ædepol lyræ lyræ. Pl. Pan.

Cur non, inquam, alius? Nam quis illum ais? Non cœlestis Intelligentia. Age verò, nihilne, inquam, ingenio dure, assiduitate comite, *intelligentia in bonum aspirante* potuit? Et quis autorem fascini dicat *Intelligentiam*? Orci κάθαρμα, Acherontis pabulum non ausit. At in bona causa tua, aliorum mala, cœlestis Mens aspirabit, non in fascinũ. Tum vero ipsæ sunt *Animæ*, quæ expugnatricem illam generis humani carnẽ debellarunt, quę noxijs etiam spiritibus (Cassiodori voce) imperant, & illi quos mundus patitur in festos à creatura minori superantur. Adhuc in corpore sunt fortiores angelis. &c.

l. de An.

Quod

Operantis cõstãtia promovet effectum.

Quod si ergò, ut beneficij, sic ad veneficij efficaciam credo conferre *intendentis constantiam*, quæ me vetet ratio credere? Fidenter puto; nec me pedem extra concellos sacrarij divinitatis promovere. Nunquid *animus* vulgò inter Medicum & ægrum utrinque *alienatus* & discors, *valetudinem*, etiam medico fidem insigniter liberante, *impedit?* At imponente etiam medico, sed ægro fidente morbus profligatur? In muliere menstruo fluxu ægra, in lepra, in pestis contage constat. Adeò ut tàm, ab imaginatione & fide vel sanitatem, vel morbum esse, pronum sit decernere, quàm à proprietate, quod ajunt, individuali, quæ ut herbis & lapillis, sic in sit *homini, qui* per superiorum inferiorumque omnium participationem, *sit omnia*: unde illa, quòd videtur potiùs, in Pyrrhi digito pedis divinitas, & solennis, ni fallor, affectus in Francorum Regibus, strumas sanandi. Sic Marcos virtute S. Paulli, nescio qua consanguinitatis derivatione, insignes dictant Itali.

Non audens liberè loqui.

Inde quidam haut satis ἀπαῤῥησίαστος, tantùm Phantasiæ tribuit, ut pro reliquiis Sanctorum, si canis ossa sint, (nam Asini, vel si quid Asino est assininius, aut bucerdam vel sucerdam pudor prohibebat dicere,) eademque de istis atque illis sit persuasio, non minus hæc agerent efficaciter.

Incautè, non ut loco dimoveri nequeat.

At mihi cum diviniſſimo Thoma sentire tutius est, decernente: Reliquias non ex proprietate eis in sita sanare. Quo posito dandum sit, quòd omnes sanctorum quorumlibet sanent. At secus est in eadem materiæ dispositione. Illud ausim penè, etsi videbor ἀπαραφυλάκτως, non tamen ἀπαραχωρήτως: In rerum stupendarum productione, ut plurimum imponere vel *de sanctitate persuasiuncula m, vel de mali Genij commercio suspicacitatem, cum arcanorum sola operatur scientia*. De Ciclo Esculano, & Petro Aponensi, quod dico, testantur Philosophi, de hoc præter illos S. P. Q. Patavinus, quod vidi in prætorio, rari operis ædificio (alij descripserunt) quod est supra valvas, diem merum & forum transversum spectantes, ubi hæc verba exscripsi. *Petrus Aponensis Patavinus, Philosophiæ Medicinæque scientissimus, ob*

P. Aponensis Eiptaphium.

idque

idque Conciliatoris nomen adeptus: Astrologiæ verò adeò peritus, ut in Magiæ suspicionem inciderit, falsoque de hæresi postulatus, absolutus sit. Sic pro miraculo fuit insigni, quod dedit, non dicam ubi, cacula quidem, flagitium hominis, stabulum nequitiæ. Liquorem Lunæ infuderat baptisterio, è quo aquam καθ ὁσιομένην, ad frontem crucis charactere insigniendam, ritu veteri, petebant gregatim. Nigrescebat sub digitum aqua, illi ad sacrum pergere. Ille istius variegatam nigris maculis faciem mirari: hic illius tota cruce decoloratam, denigratam frontem magis stupere. Sacerdos vulgi ora contueri; prodigium expiare: donec tandem detecta fraude confessus ille busteus, leporina pugna evasit.

Impostura nebulonis cujusdã furciferi.

Qui temerè ergo veneficij indicta caussa alium insimulant, ipsi veræ Philosophiæ Venena sunt, & ne quid immodestius, inscitiæ involucrum, fugæ vehiculum. Plurimi enim ex Parthorum gente sunt & fugientes præliantur. Immò etiam vel ad cæteratos Ligurum vel Centumcellarum remiges ipso penè Sisypho miseriores, qui perfidum Deo Creatori Liberatori sacramentum illos ajunt dixisse, & pacto vel expresso vel tacito obligatos Abbaddon Perduelli vastatori generis humani, qui virtute, quam in occulta rerum sinu molita est Natura, utuntur. Sed nec viri est, quod veteres tradiderunt ut γραοσυλλεκτρίαν superstitiosam contemnere, & rationes non explorare. Quanquã multa sint apud antiquitatem, quæ *senum bis puerorum* ridiculas oleant ineptias, qualia erant ὅτε ἐπιβήναι μνήματι, ὅτε ἐπὶ νεκρὸν ἐλθεῖν, & in navi ungues, intempestu præsertim nocte, vel ad Lunam capillos mari non turbante, non præscindere: quòd ingruente naufragio eorum præfectione deprecari Neptunum solebant, docente Nonio, quo tamen Paullum in Comment. rerum à XII. Viris Legatis non collineare sentio his verbis: ὄδενος γὰρ ὑμῶν θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς πεσεῖται: sed ad alliud Domini N. I. simile, & infinita alia.

Sapientis est nihil refutare priscũ temeri.

Theophr. περὶ δεισιδαιμ. Petr. arb sat.

Dist. xvij. ut Visum Durant. Var. l. 2. 6. 9.

Quæ cantiunculis, cadaveribus funibus suspendiosorum fiunt, vetularum deliramenta, lemurum dicant præstigias, non Magiam. nec voce imponant homony-

ma,

ma, qua infamis est illa ab impurissimo proditore Smerde, & putidissima damnatissimorũ sagorum colluvie. Sed ex tetricis hisce tricis expediamur, & obscænum illud cænum luto Lutetiano lutulentius excutiamus utroque crure; ne si alterutro enixius expediere conemur, alterum profundius defigamus.

Quæ Persis est Magia, nobis est Sapientia: quam agnoscimus geminam. Est enim *divina mera*, qua instructi illi Triumviri, natum mundi Assertorem, Vindicem, Liberatorem ter M. salutaturi suis quisque de finibus profecti sunt, vel *mista*: quæ *Natura* & *Arte occultis* vel ex Astris virtutes in sigilla, in specula, in annulos, in figuras derivat alias, editque vulgò miracula. Plebs enim Philosophorum, ut elusa vulpes à Ciconia, vas linguit vitreum, pultem non attingit. In umbris quisquilijs Andabatas agit; chirotherã, ut pueruli, manum appellat: hoc est virtutum in Natura ultimarum non contrectat opulentiam. At pessima est vulgi soboles & alumna, *calumnia*, qua si quid illis in visum, novum, incognitum; malo Genio acceptum ferunt. Impunis tamen illa plebi sit inscitia, quę nescit quàm *propè* sit *veræ felicitati, discere, non convitiari:* cùm in Viris Deo carus affectus sit, qui ab examinis boni abripiat æquilibrio. Eusebium in Hieroclem vide contra Apollonium. Laudo & applaudo cùm animum Episcopi cogito, & stylum video ad conficiendam lymphati illius mentem. Isne verò, albus an ater fuerit, ne cicum interduim. At, non multa Genij mali adminiculo gesta dicit, nec evincit aliter, quàm factum aliquod recensendo? Quale est de pincernis quatuor æreis (digitum hic intendo & paucula noto, Astrologorum ad instar, qui dum Stellas describunt, insigniores tantùm radio demonstrant,) in Iarchæ convivio, quod Ganymedes Iovi, quorũ duo vina fuderint, duo aquam; alter frigidam alter calidã discumbentibus ministrarint. Sed an hoc est νεκρομαντεῖον, vel idolorũ tortoris maleficiũ. libationibus & sacris diris devotum? vel æquos naturæ fineis supergreditur? Multò quidem mihi (en me tàm superstitioso hic ingenio:) est portentosius aprũ adeò συναγδρωπεύεσθαι, ut cum Hero & canibus ad cornuum

At quid huic cùm agyrtis oculorum acitem præsertim, gentibus?

Eusebij favor in asserendo Salvatoris precio incomparabili.

Philostr. l. 5.

Citatis mortuus vaticinium.

cornuum clangorum, in venationem exeat, ceteréque dato ſigno cùm Leporariis curſoribus ad prædarum adeptiones & ſpolia: qualem Regulo Salvimontis fuiſſe legi apud Cæſarē. Multò certè prodigioſius eſt apud me ſepulcrum Simandij, vel Meridis, vel Amaſidis, ac multò Ægyptiorum monumenta portentoſiora, Labirynthi, Mauſolæa, Pyramides. Ingeniorum vertex de Vulcano

— Τρίποδας δ' ἐείκοσι πάντας ἐτεύχεν,
ὄφρα οἱ αὐτόματοι θεῖον δυσαίατ' ἀγῶνα
ἦδ' αὖτις πρὸς δῶμα νεοίατο θαῦμα ἰδέσθαι.

Fabulas dicis? at uno verbo inquam, Homericas, id eſt ænigmatum plenas, quod de univerſa Poeſi docet Plato. Veterum fuit plebem *à myſteriis Sapientiæ* reconditioris *fabuloſo* rerum multarum *apparatu* arcere: & res veras obliquarum figurationum ſpecie ſic involvere; ut mendacium non in factis eſſet, ſed nomínibus: ὥσπερ ἐποίουν Ἀθηναίοις οἱ δημιουργοὶ, Ἀφροδίτην καὶ χάριτας καὶ τοιαῦτα κόσμον θεῶν, ἀγάλμασι Σειλήνων καὶ Σατύρων ἀμπίσχοντες; Nec fucum abſtergit, vel humanarum aurium eludit inſidias, niſi

Ingenium cui ſit, cui mens divinior: ut venuſtè venus. At res *ænigmatis clarioris* etiam, ſed *aperta ratione abſtruſiores*, qui diſcernit, ille demum mihi *Dæmon*, vel *Eudæmon* eſt.

Sed ad ſcopum. Degmata & è ligno machinas quis fuiſſe neſcit, quibus inventa varia & ſtupendi ingeniorum luſus exhibiti? & ex Dione ἴκρια, ex Apuleio confixiles machinulas pueri didicimus; & volucrem Architæ columbulam, qualem facillimè profitebatur Scal. ut & naviculam ſponte mobilem, ſuiſque autorem remigij, nullo negocio. Et currus eſt volucer aut velifer in Batavia, qui incredibili ſpacio, milliaria, alij numerarunt, plurima tranſmittit. Quæ omnia mihi quidem quavis tipula ſunt leviora, præ ijs quæ de Iuvernæ memorant fluvio: in eum quæ arboris cujuſdam imminentis collapſæ frondes fuerint, piſcium formam induere & vivere: quæ in terram cadunt, animalia volucria naſci & avolare. Vel quæ de arbore Cimbubon, cujus frondes in terram lapſæ, reptione quadam ſeipſos movent, promovent;

Exerc. CCXXIV. de quo Hecateus, Herod. Diod. Cteſias Ioſ. Egeſ. Pauſan. il. Σ. Tripodas 20. omnes fabricalat ut ei ſua ſponte divinū irirent, certamen, & domum redirent, miraculum viſu. 2. Alcib. Lact. l. 1. c. 20. ut Athenis faciebant opifices. Venerem & Gratias, & talia decora Deorum, ſignis Silenorum & Satyrorum veſtientes. Syneſ. epiſt. 154. Ex amphitr. Lipſ.

Exerc. 376.

Natura ſtupenda quædam.

promoventi tactæ abeunt, aut refugiunt.

Pilula in Chymis elaboranda. Altioris certè est ingenii, *pilulam* effabricare *orbiculatam* (duas amicus noster pari figura in suo Theophrastiæ Medicinæ penu habet,) in qua rimulis & juncturis in circulum solerter conferruminatis, globulus ex electro quodam, sive metallo alio singulari, inclusus tàm canorum edat sonitum; ut nec obvolutæ stricto pugno machinulæ canor tàm acutus suffocari possit.

Auri alativis prodigiosa. Et præ ijs quæ dicta sunt, rari sit instar prodigij, stupenda etiam non plebi doctorum, sed plærisque lectioris industriæ viris pugna, sive Nitri, sive, quod alij contendunt, Tartari & Salis Armoniaci *in auro alato*, seu volucri, tanta contentione; ut igne admoto vel calore concepto qualescunque perrumpat obices, & transverberet quidlibet fulminea quadam violentia. Cave massulam contemnas, & si munitissimam. Si dragmam appendat illa materies tonitru dabit explosum, ut tormenta solent obsidionalia maxima quibus murales turres dejiciunt. De fabrica illius egit cum amico nostro ante annos aliquot illustris & generosus Comes Philippus Ern. ab Hohenlo, ad inveniendum stratagema, quod non è postremis foret hujus ævi: ut pulvis ille globo ferreo inclusus, ne primo impulsu ignem concipiat, stupendas in vallis & aggeribus (quibus omnis hodie vertitur salus quarumcunque urbium;) disijciendis ederet machinationes.

Et quidni ab occultiori fuerit arte, quàm mali dæmonis veneficio, quod Tigillinus accusationis γραμματεῖον, contra Apollonium Neroni oblaturus, nullum in eo vidit litterarum vestigium, & libellum illitteratissimum. Certè pueri cheirographum dabunt succo quodam occulto oblitum, qui charecteras exedat, & inaratam tibi papyrum relinquat. *Phil. l. 4.*

Philostr. l. 3. Quis neget κρατιστοχειρὸν ῥῆμα fuisse occultum in *doliis* illis *Indicis*, quorum apertum alterum nebulas & *imbras* coëgerit: alterum *flatus* effuderit latè regionem ventilantes. Nec enim illud mihi prodigiosius, quàm quòd alibi de *patina*, *ex Electro Magico*, quæ cœlo defæcato rorem contrahit & imbibit. Neque hoc alterum

magis

magis novum, quàm illa in Tridenteorum palatio (vicentini sunt nobiles) *Cubala*, quam bis lustravi, qua per Crypti porticum, & æstivi Soles temperantur infuso frigidiusculo, & aër frigidior tepido calefit spiramine per cœnacula & cubicula, flatu vario, è carcere velut Æolio, quoquolibet immisso. *Æolia Tridenteorum Vicentinorum.*

At ferociſſimi canes Fani cujuſdam cuſtodes ei abblanditi? An *μαγεύματι* dabis, ſi de Africano cogites intempeſta nocte ad cellam Iovis Capitolini euntem, redeuntem per canum acerrimorum cuſtodiam? Quin & Cerberum ipſum placat vates, dum ei

Melle ſaporatam & medicatis frugibus offam
Objicit. 6. Æneid.

qua milites ſæpè crediderim agreſtium canes ſopire, ut à domino prædam furripiant, nihil

— *Latrante Lyciſca.*

Quid ſi ab innata illud dicam fuiſſe virtute, qua canes obmutuerint, ſicut ſolo *ſputo Marſi torpere ſerpentes faciant* in circulis? Vel ut caprificus ſua ferocia tauros exuit? Magis equidem mihi ſupra omnes totius Naturæ claſſes videtur, quòd torpedo ſtuporem impingat manibus, & ſi non trangatur; & pedibus ſi tangatur, toto corpore etiam hominem, quantula beſtiola? temerè faciat? ut de Echeneide nihil addam, quæ motum non depravat, ſed tollit etiam; quæ triremes ſiſtit plenis velis & ſummo remorum nixu impulſas. Sed & in *arbore* magis ſtupeo, quæ eſt in provincia *Pudiſeram*, quæ rerum acceſſum ſenſu videtur percipere. Appropinquante enim homine aut animali ramos conſtringit, recedentibus pandit. quod genus & Zoophyton illud, ſpongiam dico, facere confeſſum eſt, quæ tactum ſui quoad poteſt ſubtractione effugit. Atque in illa magis Fontis Naturæ hæreo Io. Brimonis erat, cujus aqua lapideſcebat: de quo Cæſ. Scal. quod eſt in ſua farragine Epigramma adſcribam, quia viſum mihi fuit propè elegantia pluſquam humana: Plin. 23. *Fons Io. Brim. admirandus.*

Vnde novo teretes concreti cortice rores?
Lubricaq; in curſus turbine gutta ſtupet?
An tecum Natura ſuas communicat aras;

Nec ſervire ſibi tota elementa jubet?
Militat ergo tibi varians momenta, fugaces
Iura ſciens tellus in tua cogit aquas.
An potius raris numeris, concentibus altis
Murmura victa tuis, marmora facta ſilent?

At è *vinculis* (Apollonius) *exivit* quoties voluit. Et dictææ Matris *fores* ultrò ſibi *patuerunt*. At pueros in Germania natos, quorum alter ſiniſtro latere, januis admotus eas aperiebat, alter dextro, ſi teſtanti Alberto credam; quid illud me vetat credere, de Apollonio vel alio? Sed Amicus hic noſter, cùm *Wilhelmo Naſſovio Comite*, bello & pace ſpectatiſſimo, Gubernatore Friſiæ, Symmacho Ill. *Mauritij*, Polemarchi *Confœderatorum Ordd.* incomparabilis, de aquæ quadam egit συγάσῃ, quæ *ferrum* qualecunque adeò *enervet* emaceretque, ut bacilli inſtar confringi poſſit. Quod non mirabitur, qui vidit metalla & mineralia alia ſolerti Chymiopeirotechniæ induſtria in materiam, quaſi primam & ſemen reſolvi fætificans, ut *in vitro inſtar fruticis & arbuſculæ efflorescant & ſurrigantur*.

l. 3 de mor. Anim.

Aqua ferrum infringens.

At fieri poſſe, non credis? Ego non tardius mihi iſtud perſuaſerim, quàm fontes reperiri, qui qualemcunque in ſe materiam demerſam convertit in lapidem. Cujus rei periculum à *Fridricho Imp.* factum Albertus M. autor eſt, *ſigillata* in aquam *cheirotheca* immiſſa, cujus *dimidiatum corium* itemque *ſigillum dimidiatum* ea tenus *in lapidem tranſmutatum* ſit, qua in fontem erant demerſa: altero corio & ſigillo, quod aqua non erat tinctum, ſervata.

l. 1. Miner. c. 7.

Aug. in Gen. Sed ecce tibi, quod omnes credimus: virgæ in *ſerpentes* à Magis Ægyptijs ſunt mutatæ. Addunt alij etiam aves in lapides. Vnde quod *homo* nequeat in *Lupum* transformari (etſi animam illius degenerare in hujus poſſe, hactenus equidem non liqueat) cur ſine inſigni ratione credam? Minus enim meo quidem ingenio videtur prodigioſum, quod duo animalia ſola inter ſe ſpecie diſtincta tranſmutentur: quam illa quæ magis à ſe invicem diſſidere, videntur, quod ad tranſſubſtantiationem; qualis eſt erucæ in papilionem; & frondium,

de

de quibus supra in animalia,& aviculas. Etsi de Magorũ arte,qualis fuerit,non disputo,quod theologi viderint. Sed ad ἡφαίστου τὸ χαλκεῖον propius.

Vulcani officinam.

Quod si viderint, apud quos insciti pudor infrequẽs, modus nullus est, *Magnetem* (fortean brevi dabit pauculus notus artifex) sic tinctum , ut *metalla cætera haut segnius,quàmferrũ,trahat?* quo se qualitatum recipient?

Magnes omne attrahens metallum.

Agite πάνσοφοι,qui παντεπιστημίαν Alexandreio acceptam Genio profitemini,& ad qualitates manifestas omnia diripite. Eo enim jam itum diu est quisquiliarum, ut caussa si dicunda , cur Marsis & Psyllis serpentes non nocent?respondere malint,quia sit quædam inter illos similitudo,quàm ad insciti æ,quod occãt,occultarũ proprietatũ asylum confugere. At quid caussæ quod Cardinalis quidam à rosarum odore abhorrebat? dissimilitudo,inquient.Certè acu tetigerũt.Nec enim rosa etsi metamorphosei Apuleiana in Cardinalẽ transfigurabitur.

Explosa qualitatum: magnifestarum assertio.

O subtilem insaniam , & acumen plusquam Suissecticum! Eadem enim perspicacitate analogiam quãdam esse Echeneidi , cùm triremi dicent , ni malè suspicor. At si petam, quæ in Echeneide quietis , ut in igne sine caloris principia? (nihil enim incompertum illis Naturæ obstetricibus,an Censoribus?) An ad communium proportionem principiorum confugient?At quid illud aliud, quàm ad occultam proprietatem,& toties exprobatum ignaviæ asylum recurrere ?

Agite qui,pro manifestis qualitatibus , servos ad pilleum vocatis,& armatam adversus optimates concitates multitudinem,& minerva illa subtiliori vestra explicate,non *cur Galli obutum exhorrescat Leo* , beluarum omnium animosissimus:(hic enim vobis insaniendum sit.) Sed *quæ caussæ sit cum effectu suo cohæsio*,in eo,inquã, cujus caussa ne plebeium latet intellectum ? quale est plumbum motu liquescere. Ad Pyrrhonios deficiunt, & nihil sibi credunt? Et obscuriora sunt ista, quàm ullæ Heracliti , non dicam Pontici , sed vel Cimmerij perplexitates tenebrosissimæ.

Occulta qualitas in Gallo, cujus obutum exhorrescit Leo,

Quid ? *si mutatum in Aviculum ostreum* viderint,vel innatam saltẽ conchæ *aviculam* prope perfectã, alarum

Ostraco innata avicula.

fastigiis, rostro, pedibus, extremis ostraci oris adhærescentem? quale allatum est Francisco Regi Francorum: quas non hic mistas à viribus siderum affectiones comminiscentur ex tabulis Astrologorum? Nos frugalius sapere, & credere, ac modum nescire malumus, quàm insanire tàm operosè & subtiliter. Nam revera, quid aliud est nostrum sapere, quàm in momentis Naturæ inferioris primoribus caligare; in rudimentis minoribus cæcutire: in progressu luculentiori λεβυρίδ@ τυφλοτέρᾳ ἔναι: in culmine & apice, cum ratione inexplicatissima insanire?

Vide Philostr. & Euseb.

Quod ergo Ephesi docens Apollonius, repente ceu æstro quodam percitus: *Cæde Cæde Tyrannum* exclamavit, cum Romæ Domitianus à Stephano quodam obtruncaretur; haut illis erit ingentis instar prodigij, quibus mens probè exculta in Historiarum φρονιστηρίῳ. Illud paucis ad strictiorem aliquam hujus disquisitionem teneat, non horum sacrorum Lyti, sed dupondij.

Hebræorum de aëre sententia.

Aër non Elementum Hebræis, sed *Organi Mundani Anima*; Vniversi Spiritus, influens, implens omnia. Cœli & Opis, ni fallor, Conjugium: ex quo genitura & fœtura qualitatum, à concepto cœlestium influxu, & in Elementis edito. Hinc uberrimus formarum partus; & somniorum, præsagiorum, auspiciorum, miraculorum materia. Atque inde occulta illa quorundam consternatio: qua, cùm locum transeunt, in quo cædes facta est, *produnt homicidium*, etli nulla cædis sint indicia, quæ canis etiam possit olfacere, tàm altè defosso inibi cadavere. Tale quid de *puerpera* est, quæ *latrone*, vel homicidia quovis, ubi partum recentem enixa est, *viso*, *mente tota movetur*, & tantùm non in rabiem abit; *nec antè recipit* animum, quàm *ubi potum sive ex ejusdem sive alterius homicidæ manu sorbuit*. Imbuitur enim Aër ea specie, quam nonnulla è cœlo aptat impressio, pro dispositione recipientis. Vnde ratio quædam colligitur, cur Macbæorum ætate, visæ sint in Aëre *Iudæorum acies* & ideæ castrorum incredibili sæpe spatio dissitæ, *Romanorum* verò ævo *Romanæ*.

Ab obstetrice puerpera habeo, quibus exploratum quod dico.

l. de divinat. in somnis.

A *Cœli* enim *assignatione*, ut docet Rois filius, & *hominis* est

nis est *dispositione*, ut quodque sibi magis conveniat. Quod Plotinus probat, etsi obscurè idola formarum dicat *in Mente ex Mente* & spiritualia & naturalia à rebus effluere, & in Aëre colligi, ut per *Lumen* ad *sensus* trajiciant.

Occultum magis est, quod divinant quidam & interpretantur Aëre nubilo, quid alter non in eodem lecto, sed cubiculo etiam dormiens somniaverit. Illo Spiritu internuncio, alite Mercurio, alter alteri secreta mentis explicat, interjecto aliquod stadiorum & leucarum intervallo. Pyxidiculam affabrefaciunt, & capitellum, ut pari in orbe junctura operiat instar Solarij Hodæporici. Limbo utriusque orbiculi, quatuor & vigenti characteras Alphabeti, intervallo pari, ad dimensionem circini describunt, tum gemellos ex Orichalco stilos cudunt, æquali magnitudine, & in medio pyxidis utriusque puncto figunt: & ἐπιχίανῳ utrique suam *ex Electro quodam Magnetico* conflatam indunt aciculam. Qui cupis uti artificio: noctu sive interdiu, hora de qua utrinque convenit, acicula litterarum indice characteras colligis, & in singulo sitis, ut alter pari instrumento instructus, aciculæ suæ motus & indicia distringuat, & signatos characteras recolligat, & sensum, quod satis est, annotatum legat.

τεχνόγραμμα, *qui secretum nunciari possit mutuo inter absentes.*

Stili capitil.

Sunt qui notis etiam in charta descriptis, de quarum usu & sensu utrinque constat, alteri secretum nuncient, simulacris plenæ Lunæ oppositis, & in Aëre multiplicatis, sursumque raptis, quæ cum Lunæ radijs reflexa, instrumento legat optico, in Lunæ circulo, arcani conscius. Quo Pythagoram usum fuisse, si qui sunt autores, ego velim de via illis decedere: Nam & eò illum pervenisse existimem ingenij, ut verborum sic etiam multiplicato sono, quod quis occultè diceret, ad aures suas derivare potuerit. Sed quid? oculis tantùm vulgo creditur? sed nec ipsis sæpe oculis. Apud me non vacillat magis hujusce rei fides, quàm quod Batavi sint reperti, qui subter aquas & litteras legerint, & cantillarint, & commorati sint.

Quæris ergò; quid de Electro isto Vulcano Physico

Magico sentiam? Et cudi posse sentio, nec vacillare apud me ejus fidem ex caussis quas dixi. Nam & majorum apud me absolutam esse, in his professus sum. Et majus opus, meò quidem judicio, movebit amicus noster, cum vel εὐδυωρίαν dabit ad Dianæ, quod promittit, ἀποδυτήριον; Quid si ipsam nudam dabit?

Sed Achilles hicce primus, ex ista officina, prodeat. Quem si videbunt (viri erunt qui desiderabunt.) vix Achaiæ libertas tantis excepta fuit vociferationibus, quantis ista erit Panoplia.

Rectum processum locum ubi vestes lavatum deponunt.

Et Eventui litabitur maximè, quo propitio usus erit, præ cæteris. Cessit enim, sive Arabi sive Mauro cuidam artifici; (barbarum Hispani dicunt,) infeliciter ista fabrica. Magnum quidem istius dederat specimen, quisquis ille fuit, qui *Thoraca* conflaverat, quem portasse dicunt Fred. Alvarez ducem Albanum, bello clarum, sed crudelitate infamem. Ex Electro Magico fuisse conjectura est. siquidem stato cœli positu, fixaque Planetarum, Astrorumque ad occultam destinatæ artis legem conspirantium harmonia, nocte illuni & intempesta, rutilare, fulgurare, & scintillas dimicantes jaculari; & intonante cœlo, velut rore inspargi & exsudare, affirmant non indigni fide nostra; & etiamnum videri, apud quendam rerum multarum usu rarum virum, in Regia. Magni Hispaniarum & Insularum Regis urbe. Sed vel in temperatura materiei, vel constellationis requisitę positu defeciisse quippiam; vel ad artis Cynosuram, haut pro voto catis navigatum, unde non ista fuerit indole soliditatis, ut glandem bombarda præliari excussam amoliretur, & securum, inter illa sagittariorum nostratium tela, pectus multorum exitio natum præstaret.

Thoracis chalybei cum cœlo sympatheia.

Tu verò mi Burggr. si magis

Huc secundus ventus nunc est, cape modò vorsoriam.

Pl. Pseud.

At qui μιλτίσκοι tibi imponendi, ut non

Vmbellain Statuarum capitibus.

— *Veniat mictum atque cacatum*
Quicquid corvorum est?

Hor. Hriap.

Aquam *farris* & *salis* injectione omnium piatricem sumito. Satin placet hoc προβασκάνιον? Tanti scilicet æstimandus quorundam livor. Omnia enim cum egerint,

rint, nihil aliud potes erunt, quàm quod morientes ſolent ſcemici, hoc eſt, riſum movere. Monſtra ignaviæ, portenta inſcitiæ, commenta inertię, de liramenta rationis, excrementa futilitatis. Interim, *Proba meru facile emtorem reperit, tametſi in abſtruſa ſita eſt.* Pl. Stich.

Et quî Cunctator ſis amplius? Nunquid Lippienſem tibi fore patronum intelligo? Plaut. Anim.

Impetritum, inauguratum eſt: quovis ommittunt aves.

Ego meo ſum promus pectori, non aliũ tibi oportuniorem poſſe quæri Prodicum. Ille erit (vel quis alius?) qui non Penículi, ſed ſuis oculis ſcriptum legat, nec Arrotrogi, ſed ſuo æſtimet ingenio: & precium à ſui judicij examine apponderet. Non hic in originem eo tàm illuſtris familiæ. Agmen enim Virorum, pace & bello clariſſimorum ſi recenſeam, quàm antiqua obverſentur animo virtute & factis fortibus plurimi, in Saxonia inferiori copiarum VVeſtphalicarum Duces? quos non tam numerare, quàm æſtimare oporteat. Et Panegyrico ad hanc rem ſit opus ſingulari. Vnus hic SIMON prę ſens eſt, à Vitarum Virtutũ imago pace & bello Illuſtris: probante Divo Ludolpho II. Auguſto? aſtipulante Matthia recens electo Rom. Imp. potentiſſimo. Et fruſtra ſiniſter ille rumuſculus de ſucceſſu ante Reſſam haut ſatis felici, nubeculam generoſo nominis illuſtris ſplendori parabat obtẽdere: quam diſſipabit lux Hiſtorię & periti rerum bellicarũ arbitri; quibus lingua non eſt Venditaria.

Tu quis es Phormio, qui in umbra & pulvere peripatetico tuo, de iſta expeditione contumeliosè diſputas? Ad Verbercas ſtatuas, quotquot eſtis adeò Plaut Parm.

Lingua factioſi, inertes opera, ſubleſta fide. Bacchid.

An penes Duclia noxa eſt, cui aliquanto plus negotij erat cum ſuis, quàm cum hoſtibus? Alexandrum cedo, vel Scipionem, vel Annibalem, vel Pyrrhum, vel Cæſarem: quid dignum gerent omni conatu, ſi vel iſte cui parendum, imperare? vel ille imperata velit contemnere: & illi, qui rebus præſunt, privatim inviſi infeſtiq́ue ſint? ſi & hujus arrogantiam alterius æquet pertinacia: & ille vinci ab hoſte, quàm vincere cum collega vel ductore ſuo malit? ubi & non vincere (ne

quid ducis auſpicio proſperè uſquam gereretur:) ſed vinci per ſuum & nationis dedecus maluerunt? alij gaudere ſua clade atque ignominia?

I nunc & rem malè geſtam duci copiarum Lippienſi impinge, qui ſummis imperatoribus idem contigiſſe vel ignoras, vel malè diſſimulas. Omnes docent hiſtoriæ. Sed Romana nobis eſto inſtar omnium: è qua paucis, ſi lubet, intuere P. Virginium, & M. Sergium. Hic dubites pertinaciuſne vinci ab hoſte, quàm vincere per collegam maluerit; an ille arrogantius auxilia collegæ nō ſubmiſerit. Nec cauſſa alia, quòd fuſi ab Sabinis ad Eretum, & in Algido ab Æquis, Romanorum exercitus, quàm odium inteſtinum, & invidia. Appio βόϛ. capi tantùm caſtra miles Romanus noluit, nam productus in aciem, turpi fuga (Livij verbis dico.) petiit caſtra; nec ante reſtitit, quàm ſigna inferentem Volſcum munimentis vidit, fœdamque extremi agminis cædem. De Fabio; cujus nomen ingens erat, poſt ties continuos conſulatus, in eandem eſt penè ſententiam ib.

Liv. Dec. 1. l. 5

Dec. 1. l. 3.

Dec. 1. l. 2.

Vetuſtiora, inquis, iſthæc: & non morum noſtratium? Recens, ſi lubet, inquam, habe; & paternum, hoc eſt è Germania. Cauſſam petis belli, infeliciter à Saxone & Lantgravio, adverſus Carolum V. adminiſtrati? In Sleidano vide: (* l. comment. 18.) & obſervabis fuiſſe, quòd *non unius arbitrio res geſta ſit*: ſed æquata poteſtate fuerint Duces I. Fridrichus & Philippus: quibus de re gerenda ſæpe contendentibus, elapſæ ſunt rei benè gerendæ occaſiones peropportunæ. In primis verò ad Ingolſtadium: qui dies & confœderatorum calamitatis, & victoriæ (verbis Sleidani,) Cæſaris initium fuiſſe putatur. adeò ut in hac tàm frequenti Imperatorum diſceptatione, eò ventum ſit, ut caſtra Smalcaldicorum deſeruerit etiam Schertelinus, rei bellicæ non imperitus, abducto Laugingæ præſidio, quòd ad Ingolſtadium ſic eſſet peccatum, & alibi etiam.

*

Tàm ergo inſolentes ſunt, qui, iſta tempeſtate, rem malè geſtum uni impingunt, quàm illi, qui ex una infeliciter ſuſcepta expeditione Germanorum in ſectantur ignaviam:

ignaviam: & quia semel Germanus à bubili & ligone conscriptus tyro, veteranum militem Hispanum non sustinuerit, idcirco virtutem Hispanorum, robori Germanorum præponat. Cùm nemo tàm in Historijs infans sit, qui nesciat brevi tempore perdomitam à Romanis non tantùm Hispaniam, sed & Galliam & Britanniam, & Græciam, & Ægyptum, & totam Asiam: at Germaniam nec totis ducentis annis subactam; cum totus orbis jam sub jugum missus esset. adeò ut Germani bello à Romanis petiti videantur, non ut vincerentur, sed ne vincerent, hoc est, in fectis signis ultro Romam peterent.

Sed jam præsto, est Amici παράσασις; & φαινοπροσωπήϊον tibi, mi *Burg gravi*. Nec jam tuum est amplius hanc ἀποφράδα τὴν ἡμέραν ἡγεῖσθαι. Sed in aurem. γραμμικαὶ ἀποδείξεις sunto tantùm. Quàm enim hic ἀποσωματίζειν nefas sit, per te noris, & quàm σκαφιλοφία debeat hic esse cautissima, sic ut *rerum sacrarum mystas* decet; μήτε ἀδρόως σκάφιλας, μήτε εἰς τέλος κρύπτοντας.

Tu quisquis es, lege; at hac lege, intellige. ὅς τις θεὸν ἀγύμνασον ἐπιφωράσαι τι καὶ πρόσωπον θεῖον ὑπὸ φαυλοτέρῳ κρυπτόμενον σχήματι.

Sed Achillem video ἐπιθωρακίσασθαι, En tibi ἐξοπλισάμενος, similis ei

ὃς Ἕκτορ' ἔσφαλε τροίας
Ἄμαχον ἄσραβῆ κίονα. κύκνον τε θανάτῳ πόρεν
Ἀοῦς τε παῖδ' ἀιθιοπα.

— *Fugite omnes, abite & de via secedite.*

Atque hæc amico: cui, quantum non pœnituerit te scriptionis hujusce, debeto: quantum verò illiusce tæduit, mihi, Lector, imputa, & Salve.

Exhibitio ejus, pro quo quis in Vadimonio præstãdo interesit. Diem ne factam putare. Litteraria signa proloqui.

Qui non inexercitatus in contemplanda divina persona sub vestitu deteriore. Synes. ep. 154 Loricari.

Qui Hectorem stravit Trojæ invictũ immotam columnam. Cycnum & morti dedit. Auroræq; filium Æthiopem. ὁλ. ἰλ. β'. Pl. Curcul.

Notelopi Geldrorum.

IV. Kalendis Augustis Iulianis.

CIↃ. IↃC. XII.

Sed heus, heus! Teneo te: nec sic sine Carmine? Apage verò! satin' hoc, inquam in ijs caloribus? quæ nescio an tecum, certè apud nos agunt graviter.

Qui ita caput & genua Sirius desiccat.

— ἐνεὶ κεφαλὴν καὶ γόνατα Σείριος ἄζει:

Hesiod.

Sed & venas Heliconij liquoris. At paludes, ais, inter vos. τὸ φάρμακόν σου τὸν νόσον μείζω ποιεῖ. Quantum ergo à Delo & Hippocrene? Ω ζεῦ βασιλεῦ: Ego inter illas

Medicina tua morbum graviorem reddit.

Vel fonte labra proluam Caballino,
Vel in bicipiti somniasse Parnasso
Meminerim?

Pers. prologo in Sat.

In auspicata nuper avi feceram. Sed nunc damnas factus, ut si in paludibus Camoinas iterum lacessio, in singulas æris viginti quinque luam. Post dein duplionis, & manus endojectionis. Orpheus hic & Amphion sit, vix unam queant etsi

Hor. l. 1. od. 12.

— *Auritam fidibus canoris ducere quercum.*

Quid enim Anteam Ismenias? Germaniam Magnam laudarem: sed terret illud Thebani:

ἑλκάδ' ἔρεσσ' Ἀθάνας.

Vide Æsch. in ep. contra actu hypotheca creditum.

Cives enim mei præsto sit. At ubi Athenienses?

Sed neque sic luo τὸ ἐνοφειλόμενον. Ecce ergò illud tibi qualecunque ἀφοσιώσεως χάριν.

Vt animum religione solvam.

Unde

VNde ſacer Menti *ſubitò hic* Pavor *incidit? unde*
Enthea Phæbigena *trepidant præcordia* Motu?
Et furiata *quatit agitatu cordis anhelo*
Pectora, *& emotos mortali ſede fatigat*
Oeſtro *animos horrente mihi, ſenſuſq; priores*
Ciſpulit irrumpens Pæan, & Numen *in undat?*
Vndantiq; tumet Parnaſſia flumine Rupes;
Et riguam lætis *video Pimpleïda* Muſis!
Dum lituo graviore mihi Redivivus Achilleus
Dicitur; & numeros queis Calliope armaq; & enſeis
Expedit, Heroaſque obit, & fera prælia vercat,
Eructant fœcunda ſatis mihi Phocidos antra.
Ecce polo crebris rupto micat igneus æther;
Martius Armorumque *fragor nubem intonat inter*
Fulmineam; & pavidus *criſtatæ* Caſſidis Gorror
Lorica *rutilante horrendum exſibilat. Arma,*
Arma acri fabrefacta Viro. Deus *annuit ipſe*
Mulcifer. *Agnoſco ſonitum: & fornacibus ignus*
Æſtuat Ætnæis. fumant ſudoribus artus
Brontiq; Steropiq;: & nudo membra Pyracmoni
Ora, graveſq; artus, atq; ilia, anhelitus urget.
Vndantem lati clypeus *defulgurat ignem:*
Tela inimica unus clypeus *contra omnia; & ingens*
Tegmen inardeſcit nulli penetrabile telo
Loricæ. *Criſtiſq; vomit ſubnixa coruſcis*
Sanguineas tremulo Caſſis *nutamine pennas.*
Fatiferique *ardor ſub nubila volvitur* Enſis.
Inter mille neces Heros Sacer, *ardet in arma*
Ferratas equitum peditumque ciere phalanges:
Qualis ab Eleo bellator carcere miſſus,
Corripuit Spacium Sonipes. dolet æmula virtus
Ambiguæ vinci medio in diſcrimine palmæ.
Illum regifica Cœli proſpexit ab arce
Naſcentem, primoq; Oriens *afflavit Eoo,*
Immittens terris ſuperum ſpirabile Lumen.
Vagituſq; recens dominis ſuſcepit in ulmis.
At Mavors *tenuit ſummi faſtigia Olympi:*
Mitis *& adverſo arriſit de littore Atlantis*
Iupiter, angelloque affulſit Delia ab almo,

Et tenerum plena *radiorum* lampade *vidit.*
Vibrata favitq́ potens Hasta ipsa Virago:
Aggere dissecto Enceladum quæ immisit Averno;
Immanisq́ Gyæ distorsit turbida montes,
Et diri elisit cupressima fulmina Rheti
Ambit eam indomitum retinens Virtus *pede aheno:*
Et Pavor *aspra ruens non una parte duella,*
Turbida jam quotiens Gradivi *stella penateis*
Infestat; ceu falce Senex *Pyröenta minaci*
Cum subit; & placido Citherëius Herperus *igne,*
Vel tranquilla Iovis fax *cominus ire recusat:*
Atque minas habuere ratas mala fidera: jam tum
Qua via nulla viris rapidus ruit ille repente:
Ceu trigido Pater Omnipotens *cum rupit Olympum*
Fulmine, dissplosis è nubibus, igne rotato
Flamma, hyemem noctemq́ furens percurrit aquosam.
Non Manlium Capitolinum, *legesve* Camillum
Turbantem, quem Galli, auro trutinaq́ relicta,
Fugerunt; non queis Romana Albanaq́ fata
Sunt commissa viris tribus, *huic oppone; nec illum,*
Tertia Virdomari Dux *qui Ducis arma Feretrio*
Suspendit, Rheno & trajectos arcuit hosteis.
Quiq́ sibi expleto monumentum fixit Averno
Curtius: *immissoq́* Sacer *qui bella* caballo
Fregit, & intrepidus Manes descendit ad imos.
Non illum astrifero qui irrumpit in æthera dorso
Tardet Atlas, vastoq́ minans qui in sidera tecto
Caucasus erigitur. Non alta Ceraunia, (quorum
Aërias Pater ipse minas rupisse trisulco
Igne Tonans necdum fertur. Stant culmina vastis
Inconcussa jugis, scopuloso & vertice, Olympi
Tela hebetant.) non, quæ horrendum nemora in via in um-
Quercus, armatum *teneam; non claustra morentur* (brant
Barbara, raptantemq́ truceis in bella maniplos;
Non sistant fluvij objecti: non auctus Hydaspe
Indus eum impediat, lato non æquore Ganges.
Oppositа sed mole & ab obice sævior exit,
Fulmineoque *metit Victor latè obvia* ferro.
Spumeus ut multis stimulatis ab imbribus amnis,

Dissecto

Dissecto populatur iter Vagus aggere torrens.
Iamq; trabes & saxa, arbustaq; diruta ripis,
Vortice per campos insano volvit & arva.
Cum stabulisq; greges pecudum rotat, omnia &, una
Turbine, sternit agris sata læta, Anniq; labores.
Non unum ille suas sub legeis mitteret orbem:
Nec tepor Auroræ, aut tractus sint limes Eoi,
Aut vespertino quà littora Sole tepescunt,
Torrida quaq; dies candentibus æstuat horis,
Quaq; Lycaonio tellus riget aspra sub Axe:
Has extra Solisq; vias, Lunæq; meatus,
Si plures alio penderent aëre Mundi.
Quid tibi nunc animi Æacida! (si sensus in umbris.)
Ecce alium tibi qui bello se præferat Heros!
Et frustra Thetidi Oceanus Pater ipse jugandum
Pelea concessit, Natus Patre Major ut inde
Exiret, nemoq; impar non esset Achilli.
Abrepta Colchis Aurata Pelle superbi,
Cedite Grajugenæ, Lariss æaq; phalanges,
Thessalicæve acies, Phthioticæve agmina in armis.
Semiviros domuit Phrygas olim vester Achilleus.
Peleides alijs Germanicus emicat armis:
(Majorum tumuli, sacraq; Tuictonis Umbræ,
Exsultate Patres: jam nunc sua præmia laudi
Sunt etiam, priscusq; redit sub pectore sanguis.)
Qui Tracasq; Getasq;, immaneisq; ore Triballos,
Daosq; Illyriosq;, Hunnosq;, asprosq; Liburnos,
(Argelicas turbare acies quæ nomina possint
Martia, voce Agamemnoniasq; fugare sariss as.)
Fatifero sternat truncata per agmina ferro.
Qualis in albenteis messor grassatur aristas
Sole recens orto, & flaventia demetit arva.
Theniona se quantis attollet gloria rebus,
Si par Smyrnæo dabitur Germanus Homerus,
Andinove Italo; magnis qui carmina factis,
Et numeros æquet meritis in sæcula Vates!

M. VRANCKHEIM,
I. V. D.

ALIVD

ALIVD.

LAmpade qui accensa Vitæq; Necisq; coniſtram
Irradiat, Chymicos Irpice purgat agros.
Qui dedit humanæ genti Biolychnion, *idem:*
Ne quis inhumanis, quid patiare modis
En tibi ἀκεδίτωνος depromit Achillea, *vitæ*
Quo ſcenam quivis vel tueâre tuæ.
Pergit & addîæ, quæ dat, Balaneja Dianæ,
Quâ tibi Nepenthes, *quâ* Panaceja datur.
Quâ corpus Phyſicum, vel quâ Magnetica *clavis*
Panditur; Hermetis quâ tibi regna patent.
Ex hac curta tuæ Vitæq; Necisq; poteſtas
Quàm brevibus gyris ſepta ſit illa, vides.
Lampade flammigerâ totus luſtratur Achilles,
Hâc Lucina cales, hâcq; Diana *viges.*
Quicquid & inſulſæ deſtillat lampas amurcæ
Balneolo *abſterget dia* Diana *ſuo.*
Sulfure, Mercurio, Sale, das Theophraſte, *per orbem*
Quod nigrat, albenti purius uſque nive.
Lampade *ſeu lychno, vel, qui luctatur,* Achille,
Balneoliſq; ſuis diva Diana *nitet.*
Quicquid Oſiris *habet,* Morienes, *quicquid &* Hermes
Spharáve Drebbelij, *quidquid habetve* Geber.
Dædala quicquid habet Natura, piiſſima mater,
Et Voarhadumiæ *quicquid abyſſus habet.*
Encyclopædejæ quod habet theſaurus in unum
Conflatum corpus, dîa Diana *videt.*
Afer, Iberus, Arabs, Germanus, Achæus, & Indus
Quod Luſitanus, Belga habet, aut Italus.
Quicquid in Europæ pretio inclareſcit & orbe,
Hoc habet in Chytlis dîa Diana *ſuis.*

Ponebat Harlingæ ad Portum Friſiorum
Γνήσιως docto & humaniſs. Viro Medicinæ
Doct. Clariſs. Spagyriæ Sirenophænici
D. IOANNI ERNESTO BVRGGRAVIO
Neoſtadio Palatino.
ROMBERTVS SVFFRIDVS
Orinus Friſius.

ACHIL-

ACHILLES Πάνοπλος REDIVIVVS

seu Panoplia Physico vulcania, quâ quilibet &c.

THETIS Nerei (quem ex Mari & Terra natum, Græci ἁλιὸν γέροντα vocant) ex Doride filia, præ nymphis reliquis adeo decantata, cùm ab aliis, tum omnium Poëtarũ Principe Homero (quòd conspirantibus Diis omnibus in unum, ipsa *Iovem* sola defenderit; vel quòd *Achillem* pepererit, Græcorum omnium longè fortissimum:) filium *Patroclo* cæso, armisque raptis mœrentem (magísne casum amici, an armorum, quæ Peleo à Diis data erant, dubites) consolata, promittit se allaturam Τεύχεα καλὰ πᾶς' ἠφαίστοιο ἄνακτος. & postridie, quod mireris equidem.

Senem marinum.

ἰλ. Σ. Arma pulcra à Vulcano Rege.

E vestigio autem compositis domi rebus festinat

— ἐς μακρὸν Ὄλυμπον

— Παρ' Ἥφαιστον κλυτοτέχνην.

Ad laturã Olympum ad Vulcanũ inclytum Fabrum.

ut Achillem afflictum, nihilque solatij, nisi recuperatis *armis*, admittentem, erigat, cui

— Πένθος ἐνὶ φρεσὶ μύριον.

Luctus in animo immensus. ἰλ. σ'.

adeo insederat, ut neque animum inducere posset,

— ἀνδρέασι μετέμμεναι.

Viris interesse. ibid.

nisi *Hector* hastâ sua verberatus animam effudisset, & Patrocli cædem luisset. Quid autem non potuit

— Θεὰ Θέτις ἀργυρόπεζα; quæ cum Eurynone filia — ἀψορρόου Ὠκεανοῖο, servarat in fatali penè casu *Fabrum artificem*.

Dea Thetis argentipes, refluentis Oceani.

Nec immemor iste beneficij tam insignis, extemplò parabat

Præmia salutis solvere, parabat — Ζωάγρια τίνειν, antequam sciret, quid illa sibi fieri vellet.

Θάρσει, μή τοι ταῦτα μελὰ φρεσὶ σῇσι μελόντων.
Aude Diva, tuumq; animum ne hæc cura fatiget.
— ὁι τέοχεα καλὰ παρέσεται, οἷά τις ἄυτε
ἀνθρώπων πολέων θαυμάσεται, ὅς κεν ἴδηται.
Arma acri fabrefacta viro dabo, qualia lustrans
Obtutu stupeat primo, & turbetur inerti.
Ὣς εἰπὼν, τὴν μὲν λίπεν αὐτοῦ, βῆ δ' ἐπὶ φύσας·
Τὰς δ' ἐς πῦρ ἔτρεψε, κέλεσέ τε ἐργάζεσθαι.
Φῦσαι δ' ἐν χοάνοισιν εἴκοσι πᾶσαι ἐφύσων,
Παντοίην εὐπρηγὲς ἀυτμιὼ ἐξανιεῖσαι,
ἄλλοτε μὲν σπεύδοντι παρέμμεναι, ἄλλοτε δ' ἄυτε,
ὅππως ἤφαιστός γ' ἐθέλοι καὶ ἔργον ἄνοιτο.
Χαλκὸν δ' ἐν πυρὶ βάλλεν ἀτειρέα, καστίτερόν τε,
Καὶ χρυσὸν τιμῆντα καὶ ἄργορον.
Sic ait: & Divâ ad fores abit ille relictâ,
Admotos jubet artificiq; Deus operarier igni,
Bis deni qui spirabant fornacibus omnes,
Ventosis facilè accendunt qui flatibus ignes.
Mulciberoque auras fundunt properante citatas,
Vel secus, ut visum est, operisque ut postulat usus.
Ἀλ. Σ. Æs verò, stanniq; injecit pondus in ignem,
Aurumque argentumque.
Πόιει δαίδαλα πολλὰ ἰδυίησι παρὰ πόδεσσιν.
Multiplici varia Ignipotens opera edidit arte.

Ecce verò nunc tibi arma

Ἀλ. Τ. Καλὰ μάλ', ὅι' ἔωο τις ἀνὴρ ὤμοισι φόρησεν.
ὣς ἄρα φωνήσασα θεὰ, κατὰ τέοχε ἔθηκε
Πρόσθεν Ἀχιλλῆος τὰ δ' ἀνέβραχε δαίδαλα πάντα.
Μυρμιδόνας δ' ἄρα πάντας ἔλε τρόμος, οὐδέ τις ἔτλη
ἄντίον εἰσιδέειν, ἀλλ' ἔτρεσαν. αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
Ὡς εἶδ' ὡς μᾶλλον ἔδυ χόλος, ἐν δὲ οἱ ὄσσε
Δεινὸν ὑπὸ βλεφάρων ὡσεὶ σέλας ἐξεφαάνθη.
Qualia nemo humeris miles gestaverat antè.
Talibus affata est natum Dea, & arma repente
Ante pedes posuit; illa insonuere tremendum.
Myrmidonum vulgo coit in præcordia sanguis.
Neve oculos audet quisquam sustollere contrà.

Pelides

Pelides verò flammanti obit omnia visu,
Acribus, ut jubar, ex oculis atque emicat ignis.

At satis, vel plus satis isthæc quidem hactenus de Vulcania armorum Achilleorum fabrica, quam in ipso Poëta inspiæ pleniùs & penitiùs. Erras, si prima fronte jam satis te vidisse existimes. In ipsa nuce est *nucleus*, quem non edes, nisi frangas illam. Si fabula tibi ista mera est, sicut vulgo est, tu ipse potius es fabula. Alia enim Poëtarũ arcana sunt, quàm propolarũ merces, quæ plebi promiscuæ sunt in triviis expositiæ. His appensa est opus hederâ, ut villo degeneri & fugienti. Illa gaudent suis latebris, neque se exponi oculis circumforaneorum patiuntur. Nihil hîc spectat ardelio; nihil portoriorum locator explorat. *Velum* non removet, nisi qui *adytum* ingressus est, *mystes apodyterij*, quod nemo sine *virgula divina* aperit.

In Poëtarum fabulis arcana plurima.

In Fabula, est Historica exegesis de fabrefactione armorum Achilleorum Vulcania. Involucra sunt quædam, non comentitia omnia. Poëtarum enim involucra sunt, quibus involuta & implicata est rei Veritas signatæ, ut Falernum in uva & aurum in Scoria. Sed contentioso cuilibet sua est relinquem, da pertinacia. Nos ad illum imus, qui Orpheo est χρατερόχειρ, Homero κλυτομήτης: qui sive Volcanus, quasi Volicanus, quòd per aërem volet, quod *Servio* placet; sive Vulcanus, quòd vi ac volentiâ agat, ut *Varroni* visum, dictus sit, nihil ad præsentem attinet disquisitionem, sive enim ille est ἥφαιστος, quasi φάος ἵστωρ, interprete Socrate; sive ἀπὸ τοῦ ἥπτω, ut *Phumutus* voluit, haud est instituti nostri.

Potens manu inclyti consilij. *Servius. lib. 8. Æn.*

Apud Plat. Ab incedendo.

Apud *Eusebium* est, ignis Virtutem Vulcanum appellatam, & simulacrũ ei formâ hominis constitutum, in cujus capite *pileus* esset *cæruleus*, qui cœlestis sit volutionis symbolum. Nam integer & sincerus ignis invenitur in cœlo propriè: in terram verò delapsus, cùm materia indiget, est imbecillior, & claudicare fingitur. Atque ex isto est, quòd Homerus eum de cœlo in terram finxit præcipitatum fuisse, quòd ignis in nubibus concipiatur, & fulmen ex aëre vibretur, quod cùm crebrò in Lemnum insulam ejaculetur, in hanc decidisse fabulati

Prep Euang.

Vulcani simulacrum.

sunt. Sed de historia possemus aliquid requirere forsan latentius, ni aliud agendum esset, quæ est de Templo in Ætna Vulcano olim consecrato: quod singulari quodam fuisse circumseptum opere tradunt: in quo ignis fuit perpetuus & inextinguibilis: arbores verò undiquaque consitas, & lucum ajunt à *Canibus* custoditum, qui *ritè castéq;* adeuntibus abblanditi sint, ut Deo charis: in *impuros* verò & profanos, qui vel templum vel lucum locumque contaminaturi erant, ferociter irruerint, & morsibus discerpserint. Cæteris verò promiscue sine noxa frequentantibus, & Deum *curiosè* invisentibus allatrasse.

Ignis in Ætna perpetuus.

Principio quidem pro ijs calculum nostrum ferimus, qui Vulcanum fuisse gentibus in veterum Superstitione eundem putant, qui nobis est *Tubal Kajin* in sacrosancto Codice, ubi primus artis est inventor fabricæ, & metallorum omnium sculptor *Tubal Kajin*. Ab hoc *Tubal Kajin* correptum sive corruptum *Vulcani* nomen est. De hoc *Tubal Kajin* tradita erat nepotibus memoria sive à Iapeto, sive ab aliquo è Iapeti progenie. Hæc autem, quæ singuli à patribus bona fide primùm acceperant, nescio quibus deinceps implicata sint fabulis, & obscurata adeo, ut ne forma Veritatis à Posteritate, qualis esset, deprehendi potuerit: etsi non absre usque adeo fuerit illud, quod Deorum Faber à Vetustate sit habitus. Primo enim sculptori & rei metallicæ inventori honor, supra humanum, est delatus. Quo tamen honore opus penè fuit isto ævo: quo solertia hominum erat præmiis exacuenda divinis, ut ad inveniendum aliquid sese exstimularet, quod in usum humanæ cederet necessitatis. Ab ignis invento itaque Vulcani est apotheosis, ut *Diodorus* autor est, quem in Ægypto regnasse tradit, cumque arbor de cœlo tacta fulmine in monte quodam conflagrasset, & ligna ei vicina à flammis comprehensa exarsissent hyberna tem pestate, Vulcanum calore fotum exhilaratumque materiam igni deficienti suggessisse, ignemque illum à se propagatum, quasi inventum ostendisse.

Gen. 4. v. 22 Vulcanus idē qui Tubal-Kajin.

Inventores novarum artium, præmiis divinis excitandi.

Inde

Inde ergo illa Romanis culta *Vulcanalia*, & feriæ, quibus pro se in ignem conjiciebat populus animalia. Inde omnes de *Ætna*, qui hodie *Mongitellus*, fabulę deque *Officina Lemnia*, & *insulis Vulcanus*, cæteriſque locis, ex quibus ignis ſolet exceſtuare. *Varro.*

Atque hæc de Vulcano, quem Homerus ex Iove & Iunone natum finxit, è cujus officina quod prodiit, haud vulgatum illud eſt, aut vulgo intellectum haud ſatis, apud Poëtam ibidem *Phurnut. de Nat. Deorũ.*

— Τρίποδας γὰρ ἐείκοσι πάντας ἔτευχεν,
ἑσσάμενας περὶ τοῖχον ἐυσθενέος μεγάροιο·
Χρύσεα δέ σφ' ὑπὸ κύκλα ἑκάστῃ πυθμένι θῆκεν,
ὄφρά οἱ αὐτόμαλοι θεῖον δόμον ἄγωναι,
ἠδ' αὖτις πρὸς δῶμα νέοιατο, θαῦμα ἰδέσθαι. *Ilı. Ξ.*

— *Viginti verò tripodas fabricavit,*
Adſtarent quæ parietibus fulgentibus aulæ.
Ex auro his rotulas, fundo ſubſtraverat imo,
Sponte ſuâ ſibi divinum ut certamen inirent,
Pugnatoque demum bello iſtâ lege redirent.

Novus ille tibi, vel fabuloſus Artificis videtur apparatus? Nihil eſt, quod vel mediocriter in *Matheſi* hominis verſati non tranſcendat in iſthoc negotio ingenium. Ejuſdem generis etenim αὐτόματα Tubal-Kajinica ſeu Vulcania, ex *Matheſi* ſtupendarum machinationum operatrice ſcaturiunt. Et monumenta quædam eorum, quæ pro miraculis ſunt habita, in *Chaldæorum*, *Ægyptiorum*, *Iſraëlitarum*, *Aſſyriorum*, *Græcorum* annalibus ſunt relicta poſteritati. αὐτόματα *Vulcania.*

Quin & patrum memoria & hoc noſtro ſeculo in *Europa*, cum primis autem in *Germania* Magna patria noſtra ab exquiſitis Artificibus mirabili artis, opere producta ſunt ejuſcemodi Tubal-Kajinica αὐτόματα, quæ ſermocinari, ridere, ejulare, pſallere, ad numerum pedes movere, aliaque ſtupendum in morem edere viſa ſunt, quæ recenſere ſingula laborioſum foret nimis.

Eximia enim *Magiæ* naturalis pars eſt, & primas illa, quam *Matheſin* dicunt. At non illa eſt, à qua *Mathematici* & *malefici* ſunt dicti, itemque *Venefici*, *Matheſis prima pars Magiæ Naturalis.*

qui magicis artibus, impiis illis, usi, Elementa turbare, vitas insontium labefactare non dubitant, & Manibus accitis audeat ventilare; ut quisque suos conficiat malis artibus inimicos. Hos quoniam Naturæ peregrini sunt, feralis festis absumat.

Columba Archyta. *Musca Regiomontani.* *Ictini noctua.* *Araneæ chalybeæ.*

Trita sunt isthæc Veterum & recentium memoriâ, de *Columba lignea*, quam Archytas Tarentinus fecit volatilem: de *Musca* Regiomontani *aurea*: de Ictini *noctua*: de *araneis* ex chalybe fabrefactis, quoquo prorepentibus ac se proripientibus, cæterisque id genus animalculis, nullâ hominis admotâ manu, se sponte suâ moventibus ac dirigentibus, aliisque automatis. Vt nihil de *poculis*, de loco in locum deambulantibus addam; vel de *horologiis* deambulatoriis, & vagis, qualia in Aulis Principum Germanorum & Italorum, non sine stupore visa sunt, & introspecta etiam. Senecio quidam *Noribergæ* præcentor erat, qui alarum geminarum præsidio vel remigio elatus in aëre, instar alitis, vagabatur: & prapetis instar rursus devolabat, etsi casu denique ex imprudentia commisso (quo rotulæ, nescio quæ, alis affixæ, volatumque concitantes, vel implicatæ, vel non ritè applicatæ & præpeditæ:) præcipitatus brachia & crura diffringeret. Cui simile quid *Lutetiæ* Gallorum dicitur contigisse patrum memoriâ.

Pocula Ambulatoria.

Homo alatus.

Statuas aureas in *Hisrarbæ* Gymnosophistæ convivio se ipsas motasse, pincernarum & structorum operam convivis præstitisse ab Historicis traditum est.

Sic etiam reperti sunt, qui currus sua sponte mobiles, sine ulla equorum opera, effinxerint: Quod insigni in re bellica usu fuisset, olim, cum falcatis curribus uterent in bello veteres. Nec vulgaris ingenij specimen præbuit Antverpianus ille, cui inscriptum erat *Fin de la guerre.*

Finis belli.

Magiæ legitimæ effectus.

A Magia Naturali isthæc sunt omnia, quæ rerum omniũ naturalium, cœlestiumq; *potestates influentes* contemplata, earundemque *συμπάθειαν* curiosa abstrutissimaque indagine mentis polydædalæ scrutata reconditas omnes Elementorum proprietates sic in apertum educit, & inferiora hæc superiorum virtutum dotibus aucta

mactaque

mactaque tam arctis inter se maritat illecebris & mutuâ applicationis reciprocæ combinat copulâ, ut stupenda consurgant inde vulgo miracula citiùs, quàm Cadmo è dentium satione perduelles. Mater familias est ter Max. hujus œconomiæ mundanæ, *Universalis* illa: Pater *Ars* est. Ex hoc magno *Artis* cum *Natura Matrimonio* veluti *Ætheris Omnipotentis* (ut est apud Poëtam) in gremium *Nutricis Magnæ Telluris* infusione, omnis genitura est, & vita universi: Et quicquid est sive Naturalium, sive transnaturalium effectuum, ab isto est *universalis conjugij* vinculo. Mater illa familias creat rosas verno tempore. At Pater ille conjunx cooperante suaviter sua Venere, nequeat Autumnali vel hyberna tempestate? Imò vel media Bruma si vernos producat flores, tibi magni instar erit prodigij? Vulgo illa sunt miracula; at Sapienti lusus. Vvas maturas Autumno dat Natura. Ars Æstati non dabit, aut veri etiam? Quæ Natura dat diei spacio, Ars horæ interstitio non præstabit? nec sola erit ingeniosior temporis præventione? ut vel petroselinum, aut ligustrum, aut calendulam non procreet paucularum horarum spacio? vel plantæ imperfectæ manum imponat extremam? ut non multis hic dicam de aliis Naturæ æmulis, qui ex operosioribus illis (non enim tritis dico) disciplinis *Mathematicis*, adscitis inter auxiliares ingenij copias, cœlorum influxibus, simulacra, quibus ipsa sæpe intuitu primo invideat, producunt, quæ Dædali prisci tantùm non vivas effigies à tergo multis relinquant parasangis, qualia erant apud Antiquos automata illa, corpora scilicet inambulantia, in scenis personas hominum viventium demortuorúmve sustinentia, & loquentia etiam: quales olim Mercuriales quædam statuæ, & *caput* illud *æneum* ab *Alberto Magno*, vel ut alij volunt, à *Rogerio Bachon* efformatum, quod certis vocibus elocutum fuisse ajunt.

Artis cum Naturæ æmulatio.

Statuæ loquentes

Caput æneum vocale.

De hoc Magnæ illius, quam dixi, in œconomia hac rerum universalium immensa Matris familias cum Patre, quem dixi, conjugio multum constitisse forma est *Boëtho* maximi ingenij multiplicisque eruditionis Viro, ad quem de hujusmodi arcanis scribens Cassiodorus:

Boëtius insignis Naturæ Consulibus.

Tibi, inquit, *ardua cognoscere & miracula monstrare propositum est. Tuæ artis ingenio Metalla mugiunt: Diomedes in ære gravius buccinatur; æneus anguis insibilat; aves simulatæ sunt; & quæ vocem propriam nesciunt habere, dulcedinem cantilenæ probantur emittere. Parva de illo referimus, cui Cælum imitari fas est.*

Magus quis. Ille ergo *Magus* est alterioris Philosophiæ & *Matheseos* sacerdos, qui perscrutatis Scientiarum mediarum arcanis ex *Arithmetica*, *Musica*, *Geometria*, *Optica*, *Astronomia*, cognitisque *Ponderum*, *Mensurarum*, *Numerorum*, *Proportionum* adæquationibus, articulis, momentis, systematis, ex omnibus ceu *quintas* quasdam *essentias* educit, mechanicarum quarundam artium adminiculo, quæ non tantum stupeant homines vulgariter ab ingenio & arte instructos, sed acutiores interdum etiam, quique supra sese elevant, & sagacioribus quasi pennis evolant supra captum vulgarium.

Sed quæ hactenus sunt recensita, non tam miretur, Consultus arcanioris Philosophiæ, quàm *Mausolæa* vastasq; *Pyramidum* substructiones, non dicam signum aliquod *Phidiæ*, aut *Callicratis* subtilitatem, qua formicas aliaque animalia tantæ fecit tenuitatis, ut eorum non possent discerni particulæ. Majori enim artificio elaboratæ fucrunt *quadrigæ* illæ *eburneæ* cum suo agitatore, quæ omnia suis alis Musca abscondit. Quod & de tangentibus *Phidiæ* statuis, quas Olympiis vel Athenis sculpsit, & de cicadis apiculisque admirabili artificio effigiatis habendum est. Quotus enim quisque est, qui tam stupeat statuam aliquam personati instar hominis, composito passu incedere, & vocem, addas licet, edere, quàm, quod est apud Historicos, in medio Mari montes & arces extructas; non tantùm rupes abscissas, sed Alpes etiam perfossas; & actos in planum montes; diducta flumina, & ab exercitu *unius* exhausta etiam; & juncta maribus maria; & coërcita æquora; & scrutata Maris profunda, enatas è profundo Oceani insulas; alias verò mersas; alias continenti restitutas; turres aquarum impetu loco motas, suoque loco repositas, vel inclinantes nutantesque ad perpendiculum erectas denuo? Vt nihil

de *Archimedæis* hîc apponam miraculis, quibus ille unus exercitum Romanorum longè bellicosissimum, pugnacissimo Imperatore, tamdiu à paternis mœnibus arcuit, & sola ingenij arte elusit.

Alij hoc seculo item prodierunt, qui altiori mentis indagine, magnorumque jactura impensorum, *Motum perpetuum* stupendo opere invenerunt, mole quadam rudiori & majori in publicum educenda, cujus artificio perpetuam aquarum è montibus scaturientium proluviem attollere, moles omnigenas versare, molesque vastas promovere possent. *Motus Perpetui inventio.*

Nobilissimum verò est Opus illud, & quasi monstrum mechanicæ Mathematicæ, quod motu circulari, suâ sponte, semel numeris suis omnibus expeditum concinnatumque, fertur in orbem, & nullo ævo fatigatur, unde *Mobilis Continui* seu *Moventis perpetui* nomen illi inditum: quale minutiori formâ unum se habuisse *Taisnerus* scribit, libello quodam singulari de hócce edito; & centum quinquaginta annos penè ante illum *Petrus*, cui agnomen *Peregrino* fuit.

De Globo *Archimedæo* & *Drebbeliano* alibi quædam scripsit amicus noster, raro Vir ingenio: in quo Automato siderum cursus cum cœli ratione congruens explicatus sit. Quid? incredibilia videntur tibi illa? Sed videantur, inquam, tantùm. Imò credas oculis necesse est, ubi intueris quotidie. Nec vacillet in magno authore fides ampliùs ubi tale quid à *Syracusano* illo quondam legis fabricatum. At fidem absolvit planè doctissimus *Politianus*, apud quem ceu oculis præsentem intuere machinulam. *In Epistola ad Biolychniã nostrum.*

Columnella est quadrata, quæ pyramidis modo in acutum desinens fastigiatur, altitudinis ferè trium cubitûm. Supra eam pro capitello planus orbis est aheneus, auro & coloribus distinctus, & in cujus altera parte omnis siderum errantium cursus explicetur, cujus est dimensio cubitali brevior, rotulisque intrinsecus denticulatis agitur circulo immobili summum complectente marginem, quatuor & viginti horarum spatiis distincto. Intraque eum in summo versatili orbe, signa duodecim suis distinguuntur *Lib. 4. Epistol. epistol. 8. Francisc. Cas. Globus cœlestis automatos.*

gradibus. Interiùs orbiculi octo pari fermè inter se magnitudine visuntur. Ex iis duo medium obtinent punctum, alter scilicet alteri infixus, sicut inferior majusculus Solem: superior Lunam repræsentet. A Sole radius ad cerculum pertingens, in ipso quidem horas, in signifero verò Menses, Dies, graduumque numerum, verumque & medium (quod ajunt) Solis motum pariter indicet. A Luna item stylus prodit, ipsius horarum index, quæ scilicet inferius in limbo ipso majoris orbiculi designantur, perque Lunaris epicyclij transiens centrum, signiferumque contingens, medium sui sideris declarat motum: alteri idem indidem exoriens, Lunarisque centrum corporis, hoc est, epicyclij oram secans, verum ejus locum manifestat. Quo fit, ut & tarditas celeritasque & motus, cursusque omnis, & coitus item, pleniluniaque visantur. Circum hos orbiculi sex, quorum unus, quem Draconis caput caudamque vocant, Solis pariter Lunæque defectus insinuat. Reliqui Planetis attributi. Quorum à singulis bina eminent, cuspides motuum indices, perinde atque in Luna ostendimus. Sed & retrò quoque gradiuntur, quod nequaquam in Luna usu venit, utpote cujus in contrarium feratur epicyclios. Ita & conjunctionum & recessuum, & latitudinum ratio in singulis manifesta. Est præterea limbus alius, signiferi instar, sex illos, quos dixi Planetarum orbiculos supernè secans, unde & orientium gradus signorum, & dierum spacia, hoc est, quota Sol hora oriatur apparet. A quibus singuli Planetæ orbiculis deferuntur, & vicissim interdiu, quidem ad Orientem, noctu verò ad Occasum commeant. Contrà Orbis ipse amplissimus noctu ad Orientem, interdiu ad Occidentem, quatuor & vigenti horarum spacio Planetas torquet. Quæ scilicet omnia cum Cœlo congruere ipso, & ratio convincit, & peritissimus quisque consentit. Hæc ille.

Et jam instat operi Deus:

Ἰλ. Σ.

Χαλκὸν δ' ἐν πυρί βάλλεν ἀτειρέα καστίτερόν τε,
Καὶ χρύσεν πμῆνλα καὶ ἄργυρον· αὐτὰρ ἔπειτα
Θῆκεν ἐν ἀκμοθέτῳ μέγαν ἄκμονα· γέντο δὲ χειρὶ
ραιστῆρα κραιερὸν, ἑτέρῃφι δὲ γέντο πυράγρην.

Æs verò, stanniq; injecit pondus in ignem,
Aurumq; argentumq; nitens: magnamq; deinceps
Imposuit trunco incudem: tum malleo obarmat

Ignipo-

Ignipotens dextram, atque tenaci forcipe lavam.

Nunc massam admotâ propius manu contrectat Vulcanus; & nos subjectam materiam accuratiùs explorandam sumimus.

Et quatuor ab *Homero* species metallorum nominatim prodiantur. *Æs* videlicet, *Stannum*, *Aurum* & *Argentum*. Sed ubi *Mars* ille *Metallicus*? quem *Chalybem* dicimus. Non prodidit illum *Græcus* ille vates. Alius est, qui disertè tradit, *Andinus* noster, qui cum isto de Victoriæ summa contendit sæpe, & triumphat frequentissime. Ille inquam, nemini veterum non anteponendus in curiosa rerum abditarum requisitione *Virgilius* est, nusquam non divina eruditionis reconditæ promens oracula, & ubique sui penè similis: in opere inæstimabili sua *Æneide* quam non dico *Iliadi* non concedere, sed tantùm gravitate stili eam superare, quantò Ilias est Æneide prolixior. Sic ergo apud nostrum meliùs:

Chalybs, Mars metallicus.

— *Fluit Æs rivis, auriq; metallum*
Vulnificusq; chalybs vasta fornace liquescit.
Ingentem clypeum informant, unum omnia contra
Tela Latinorum.

Æneid. 8.

Chalybs est omnium Metallorum *nervus* & *Mars*; reliquis nempe omnibus solidior ac durior, qui penetret omnia, ipse omni Metallo impenetrabilis: omniũ quippe minerarum Martialium *Princeps*, quem ab operis hujusce Martialis compage sejungi nefas est. Inviolabilia enim sunt Magici hujusce inventi præcepta, quibus salvis primas in hac fabrica partes obit, Chalybs. Blandè quidem Vulcanus Thetidi

Chalybs metallorum nervus.

ἄυδα ὅ, πφρονέπις, τελέσαι δὲ με θυμὸς ἄνωγεν,
εἰ δύναμαι τελέσαι γε, ἢ εἰ τετελεσμένον ἐστί.
Fare age, quod sentis: mens est absolvere quidvis,
Si quid ab arte potest nostra præstarier, ultrò.

Sed à majori affectu est, quod Virgilianus iste suæ conjugi, Iovis & Diones natæ promittit

C. 3. de Nat. Deorum.

— *Si bellare parus, atque hæc tibi mens est:*
Quicquid in arte mea possunt promittere curæ,
Quod fieri ferro, liquidóve potest ELECTRO
Quantum IGNEIS ANIMÆQ; *valent: absiste precando*

8. Æneid.

Viribus indubitare tuis.

Electrum audis, id est genuinam armorum Regaliũ & impenetrabilium materiem, quibus sive Homeri Princeps

Ovid. 15. Metamorph. — *Timor ille Phrygum, decus & tutela Pelasgi Nominis.*

Catull. — *Expers terreris Achilles.*

sive Maronianus Heros ille indutus, adeo se formidabilem in acie hostibus, & invictum obtulit. Ab ELECTRO, inquam, vis ista est primaria & virtus occulta, quod *Theophrasto Paracelso* est *Magicum*. Cujus rei causas habuit insignes secretioris Naturæ indagator ille excussorque incomparabilis. Operosum quippe est metallum hocce *septiunum & Uniseptemplice*. *Si Metalla*, inquit, *septem voles in unum conflare, cui septem virtutes insint metallorum; habes in hoc uno, quod nos Electrum dicimus. Virtutes enim non solùm habet sibi ingenitas, sicuti puris & simplicibus metallis omnibus sua quædam vis est cuilibet naturalis, & facultas insita: Sedet supranaturali pollet quadam potentia latenti, quæ clanculum ei infusa est desuper: quia ratione cœlestis motus habitâ, siderearumque influentiarum positu considerato Electrum hocce nostrum est conflatum.* Hæc ille: Nec vanus profectò est in hoc negocio *Periculum aliquod ejus, si libet, facias licet in poculo, sive vasculo qualicunque, quod ex tali Electro conflatum est. Tanta enim est, quæ in arcana hujusce fabrefactione insedit, efficacia, ut Venenum omne respuat; nec quisquam tibi potionem noxiam, propinare possit. Sed & Magicorum susurrorum omne averruncat periculum, & carmen maleficum amolitur; adeo ut nihil artis venefica ex hoc instrumento tibi sit metuendum. Oculos adverte paululùm modò: Siquid insit huic poculo artis noxiæ aut veneficij, simul atque in manus illud sumseris, exsudabit, quod mirere, & decolorabitur illico.* Occulta sanè & vix exploranda est metalli hujusce cum Homine Sympathia, & naturalis concordia; quæ ei inspirata est, septem Planatarum, superiorumque siderum beneficio & opera.

Electrum septiunum & uniseptemplice

Supellex ex Electro apud veteres.

Ex quo colligitur, non temerè magno in precio istiusmodi Metallum fuisse veteribus; qui varia sibi ex

isto

isto fictilia conflabant in usum domesticum; & vasa ex Electro inter suppellectilem asservabant rariorem, præ aureis & smaragdinis, quæ effodiuntur etiamnum, & è ruderibus eruuntur. Multa etiam ex eodem conflata sunt χειμήλια: annuli, armillæ, numismata, sigilla, imagines, æra campana, specula, cæteraque id genus alia, quæ ut minùs agnoscerentur, inaurari, argentóve obduci curarunt veteres. Quod nostro hoc seculo exolevit penitùs & oblivione quasi est in obliteratum.

Ioan. Mathesius, Pastor in Valle Ioachimico, in Sarepta: *Veteres*, inquit, *aurargentum, hoc est, aurum argento mixtum, dixerunt Electrum, quod noctu incensis facibus, auro obryto purissimoq; clarius lucere, Plinius autor est: quo instratum sit Menelai Regis Palatium, ac Solis & Lunæ instar irradiasse, ab Homero si rectè memini, proditum. Viri Principes thoracas sibi & arma ex eo cudi jusserunt. Et Severus Imperator numismata quoque ex eo fieri voluit, sicuti perhibetur, quæ in honorem Alexandri Magni elargitus est.* *Concione de Electro.*

Sed quid illud esse dices? quòd pocula ex auro sculpta, quod ad mensuræ & numeri analogiam symmetricam argento erat commistum, nihil veneni ferre dictitant. Simul enim atque vinum mixto veneno tinctum, his infusum est, rugulas veluti quasdam ac circulos hinc inde vini superficiei intorqueri, atque in gyrum duci observatum fuit (haud secus atque si lapidem quispiam in aquam intorserit) Iridis instar coloratos, qui felis instar, quam in tenebris quispiam manu demulserit, dimicent & scintillent. Et sunt qui idem pollere in quovis arcendo veneno existiment. Quod tamen de Electro naturaliter concreto sic habere non nulli putant: & quod ex auro & argento temperatum sit, non easdem vires explicare. *Electrum prodens venenū.*

Sed huic opinioni repugnant magni autores, & erasse *Mathesium* contendunt, qui *Electro*, quod in venis metallicis, ex auro & argento, naturâ concretum est, Vires prodendi veneficium occultas inesse, pro ingenij captu senserit: Et tam numerosa pollentiqúe virtute esse istud, quod *Artificum* industria ex metallis in igne fabrefactum est, quàm *Naturale* possit esse; Testes hujusce

hujuſce rei authenticos eſſe, magnos Artifices, *Gebrum*, *Raimundum Lullium*, *Theophraſtum Bombaſt Paracelſum*, & alios, qui hujus artificij myſterium, veterum Chemiſtarum ſcriptis obnuptum & reconditum penetrarint.

Candelabra ex Electro.

Hildeſhemij in *D. Michaëlis* cænobio candelabra bina ante annos aliquot erant viſenda, nunc verò nuſpiam apparent. Sacrum illud fuit depoſitum, & multos annos publicè quondam venerandum, ad ſingulare altaris cujuſdam ſolennioris miniſterium devotum. Qui explorabant propiùs rerum arcanarum indagatores, utrunque ex *Electro Phyſico-Magico* fuiſſe conflatū colligebant; quorum uni inſculptum erat: *Neque aurum, neque argentum ſum, ſed id, quod cernis.* Alteri verò: *Hoc Candelabrum ſuum puerum conflare juſſit ſanctus Barbardus.* Si res privata fuit in Ædem ſacram depoſita, minori cum noxa abſtulit is, qui occultæ fuit conſultus Virtutis, quæ in ea latebat, quam in uſum aliquem eximium tranſtulit, & indignum judicavit, rem in loco etſi religioſo ocioſam aſſervari: auferri certè credidit debere ſine ullo Sacrilegio.

Hoc loco non poßumus non annotare iterum, ait Paracelſus loco citato, *ſtupendas quaſdam Electri noſtri virtutes & vires, quas oculis noſtris conſpicati ſumus, & è rei veritate teſtatas facere valemus. Annulos enim*, inquit, *digitis geſtari ſolitos vidimus, quos quicunque induißent, nunquam vel Spaſmo vel ὀδοντολγία corriperetur; ſed nec in Epilepſiam incideret. Adeo etiam, ut ſimulatque Epileptici digito, quem annularem dicunt, annulus talis applicatus eſt, in paroxyſmo vehementiſſimo, ſubitò ille depulſus, & quaſi digitis abſterſus evanuerit, ægerq; à lapſu ipſe conſeſtim reſurrexerit. Sic ipſi quoque intuiti ſumus & experti: ſi quis annulorum iſtorum in digito annulari geſtetur, & abditus quidam morbus foras erupturus eſt, annulum iſtum exſudare videas jugiter, & ab inſigni quadam Sympathia, decolorari penè, alterariq; cernas ad oculum. Obſervatu porrò dignum eſt, Electrum hoc noſtrum adverſus infeſtos Spiritus & Genios noxios amuletum eſſe præſentiſſimum. Cœlica etenim Electro noſtro ineſt quædam operatio, omniumque Planetarum*

Electrum Epilepſiæ medetur.

agit

agit in illo influentia cum harmonia quadam superiorum inferiorumq; omnium. Hæc Theophrastus.

Sed nihil est, quod mirere multum de annulis è *Naturali-Magico Electro* fabrefactis, spasmum & dentium dolorem compescentibus, cùm & hodie non minùs passim videre sit annulos tales spasmum amolientes, & antepilepticos, quos vocant, cætarosque morbos etiam præsenter avertentes, qui è Metallis in Electrum coagmentatis, insigni artificum dexteritate compinguntur & commiscentur.

Annuli, ex Electro Spasmum amolientes.

Cæterùm infinita alibi in Ampliſſima Naturæ Officina Macrocosmica reperire est *Amuleta* adversus morbos varios. Et ritus ille citra omnem Superstitionem tritus est, quo Phylacteria hujusmodi vel de collo suspenduntur, vel pedum manuúmve digitis applicantur, sive alia quavis ratione corpori admoventur. Cujus generis est *Alcis* ungula cuti admota, aut annulus ex ea conflatus, sicut è cornu *Buffali*, digito gestatus; itemque nervi Alcis & arteriæ, manibus pedibúsve alligatæ, quæ Spasmi convulsionibus medentur. Sic effossus Mense Majo *Acorus* aquaticus, itemque *Equi marini* dens (bellua est, quæ *Ulyxipone* primùm in Germaniam advecta est) cujus meminit etiam *Jacobus Tabernæmontanus* Medicus quondam Palatinus, sive totus, sive in partes divisus, & nudæ cuti applicatus, easdem Vires non in Spasmo tantùm, sed in Dysenteria etiam, & sanguinis difluxu efficax & salutaris est utrique sexui. Contra Epilepsiam itidem plurima sunt reperta insigniter salutaria, quæ *tempore balsamico*, quod ajunt, colligenda, qualia sunt Alcis calvaria, cornu, arteriæ, ungulæ. In *Borussia* magnam eorum haberi, ajunt, rationem, & in precio esse, quòd effectus ab iis sint proditi admirabiles. Talis penè est radix *Pæoniæ*, ejusque grana & semina, ut & *Sambuci* usus est primarius, quæ ex putrefacto passeris epileptici cadavere, in *Salice* enata est. Sed lapis hic rarus est: multi, inquam, Medici nomine, sed pauci actu ipso. Non multorum est hîc Appollini carum esse. Nam quæ fiunt virtute Spirituali *Magnetis* Naturalis *Sympathici* erga Hominem; & *Antipathici* adversus morbum,

Thesauro aquatico suo, de Spasmo.

Alcis Calvaria, adversus Epilepsiã utilis.

morbum, quotusquisque est qui deprehendat? In vegetabilium, inquam, & animalium, Mineraliumque vita, quamvis invisibili, attamen ex effectu sufficienter sensibili facultas illa est, quam vulgus non explorat, aut examinat penitiùs. Subtiliora quippe sunt talia, quàm ut dosibus illorum includi se patiantur.

Bufonitis venenum prodit.

Istiusmodi illud est, quod de Lapide è *Bufonis* capite eruto traditur? *Bufonitis* est, (errant qui *Chelonitem* vocant: Tantum enim interest inter Bufonem & testudinem, quam γελώνην dicunt Græci, quantum inter Glirem & Bufonem) quem viri Principes semper gestare secum meritò deberent. Nam si venena vel intus in homine lateant, aut ipsi extrinsecus admota sint etiam, præsens ille colorem mutat, & guttulas quasi sudando emittit.

Coralli rubei tempestatem averiunt.

Quid de Corallis non proditum? Testantur arcanorum in Naturæ penu reconditorum exploratores, Corallis rubeis perlucidis omnem fulminis tempestatisque calamitatem depelli, aëremque noxium latè dissipari; & lamiis spectrisque calamitatem tempestatum impetu concitantibus, cæterisque Spiritibus aëriis noxiis arcendis virtute esse incredibili. Quocirca pueris etiam ad metum & terrorem in somniis amoliendum, itemque melancholicis colore rutilo & amœno Corallos non incassum omnino appensos comprobatum est. Agricolæ sunt in *Germania* plures, qui ab Experientia petierunt rei hujusce documenta seriò. Vbi agrum suum conseverunt, in extremitatibus & medio ejusdem, imò passim ac sparsim corallorum minutatim contusorum particulas inspargunt: hisce omnem aëris injuriam, tempestatumque noxam à suis finibus ejspellunt; agros verò attiguos, hoc amuleto destitutos fulmen & grando depascunt.

Melancholiam abigunt.

Hyacinthus fulmen arcet.

De Hyacintho mirum est, quod proditur: non secus ab illo fulmen arceri, atque à *Magnete* ferrum invitetur. Quòd si verùm esse credimus, quid est quòd quis ferri motionem à *Magnete* factam, cum hac fulminis abactione, quæ fit ab *Hyacintho*, conferat? Quòd autem sunt, qui barbos dicunt illos, qui pro certo habeant,

tantam

tantam vim fulminis arceri posse tantulo frustillo nescio cujus vitri? vel Salis, vel Chalybis, ut ejus præsentia Iovis ira debilitetur, ejus amotione vel absentia, resumat vires & quasi animum recolligat: nimis illi, ne quid dicam impotentius, subtilium sunt cupidi ratiocinatiuncularū. Quid enim? an magis hujusce occulti rationem liquidam esse debere contendent, quàm illa est, cur ab *Echenëide* quantula bestiola? navis vel triremis summo velorum remorumque nixu concita, à cursu inhibeatur? Ego verò sanè hoc mihi velim licere, tam non apparere nobis rationem, cur *Gallinacei* obtutum exhorrescat *Leo* beluarum ferocissimus, quàm cur Hyacintho Spiritum hominis dicamus exhilarari, eundemque tutum à fulmine præstari. Imò verò magis novum multis videri posset, quod est apud Dioscoridē, & relatum à Plinio: *Memphites marmor utile ad urendū & secandum ex aceto illitum: membra enim obstupescere.* Et majoris erit apud multos miraculi, quod est apud Hippocratem: *Sagittâ vulneratum quendam è vulnere convaluisse, intus cæteroquin relicto ferro. Ferrum ipsum verò ab se ait sexto post anno extractum, & isto tempore neque claudicasse istum, neque dolorem sensisse.*

Echeneïs.

Plin. lib. 36.

5. Epidem.

Nimis ille in Philosophia Naturali est delicatulus qui cujusque rei vult rationem mente assequi. *Ignis aquam* fugit; *vitem brassica*. Causam à me postulas? eandem dico, cur lupini à pelle deficiant ad mistæ agninæ, & Aquilarum alæ pennis anatinis vel columbinis commissæ has depascant. Latent, inquam, ista *Contrariorum seminaria*, & ab universa quidem Natura ignorari isthæc ego credo, & soli Deo relinquenda docent Theologi.

Inter herbas est sacra quædam *D. Ioanni*, *Hypericum* dicunt, magni nominis, ob singularem ei virtutem inditam, de qua rythmi Germanici ab *Hieronymo Trago* celebrantur, quibus hanc spiritibus malignis infestissimam decantat.

Hypericon.

in Herbario.

Boste / harthowe vnd weisse hexd/
Thun dem Teufel viel zu lexd.

Quid de granorum *Iuniperi* lignatura, & ex naturali crucis idicio, quæ cornuum bovinorum instar supernè

Gran. Iuniperi signatura.

ijs innata, divinent multi, apertum est. Operatio certè apud eos, qui à malignis erant occupati Spiritibus, & à noxijs divexabantur geniis, comperta fuit efficax & salutaris. Inter animalia in judicio simili, genuinum *Monocerotis* cornu, & *luciolorum* è Spinis crux inflexa, itemque jecur ac sanguis prædicantur.

Sed hæc præter scopum nimis multa sunt, & talis in infinitum iret rerum istiusmodi Catalogus. Ad electrum *Naturali-Magicum* toto conatu eundũ est propiùs; & ad Theophrastæum illud, quo nullum aliud est pollentiori virtute. Quòd verò hujus opere abusi sint impij aliquot, ne bonum virum commoveat. Culpa est maleficorum, qui & Sole & Cœlo abutuntur maximè. Et talem putamus eum fuisse, quem sibi in *Hispania* visum narrat Paracelsus, *qui tintinnabulum ex hoc Electro fusum & conflatum habebat, duarum plus minus librarum pondere, cujus pulsu sonoq; varia evocabat spectra & Spirituum phantasmata. Simul enim atq; libuisset; notas quasdam & Characteres intus in tintinnabulo exarabat, sonituq; edito, repente quasi signo dato, quacunque ille jubebat formâ, apparebat phantasma: Et varia simul educebat Spirituum ostentacula, & hominum insuper ferarumq; monstra, vel ad se cogebat, vel cispellebat iterum pro arbitrio, multis quandoque inspectantibus. At quoties novi quid agitabat, notas & characteres innovabat.* Suspecta profectò ars illa & diris devovenda, nec minùs infectanda, quàm *Apollonij* pleraque contra *Hieroclem*. Ab eodem enim istud Genio administro fuisse persuasum est, quod Necromantes hic spectandum dedit, à quo fuit ars illa *Barilleti* cujusdam præstigiatoris non incelebris, de quo historiam, quia rara non minùs est, quàm vera, hîc apponere visum est, quam tradidit *Ludovica Bourſiere* Obstetrix *Mariæ de Medicis*, Francorum Reginæ, *Henrici Magni* Conjugis. Annum circiter Parisiensis quidam Civis, negociorum sive negociationonum causâ *Argentorati* commorabatur. Dum inibi agit, rusticam esse rumor erat, extra urbem ad duo propè milliaria, quæ ad excolandas cum marito Vineas, cum infante ire & redire consueverat; quem lactatum & sopitum

Observat. libro cap. 49.

sopitum probè se habere, dum laboraret, consueverat. Ibi in vinea, cùm excitatum fortè infantem, mamillâ sopitum dare iterum satageret, ipsam fœmellam diutno labore jam fatigatam somnus obrepsit, aperto sinu & ubere non recluso cubantem. Adrepit serpens in herba, quod solet, prope latitans, & insinuat se callidissimè; mamillam fugit ad instar infantis: succi & lactis illectus dulcedine hæret pertinacissimè. Excitata ab infelici somno muliercula, animo & corpore toto obrigescere, ejulare, plangere, mariti opem implorare; ille ad planctum accurrere, animo itidem & corpore penè obstupescere, prehenso infante uxorculam animo tantum non deficientem, inoffensâ solicitè bestiolâ, domum asportare magis quàm deducere, Medici auxilium implorare: ille mox herbas acutas capiti serpentis applicare, sed frustrà. Consilium init succum lactis amaritudine inficere: nequicquam omnia: nullis se cuniculis avelli sinit callidissima bestia. Violenter aggredi sine periculo mulierculæ præsentissimo nemo eam porerat; sed nec irritare audebat. Decem menses jam gestabat misellula, & sinu fovebat bestiam jam grandem, ut in mappa de collo alligata portaret. Iam lac uberis utriusque ad hanc mamillam defluebat, ut esset alendo serpenti. Hîc variæ agricolarum, ut fit, aliorúmque consultantium voces, ex quibus uni in mentem venit persuadere, ad præcantatorem quendã *Barilletum* proficiscatur. Paret in extremis misella, & itinere milliarium propè decem adit hominem. Ibi Magus ille conspecto hoc monstro moram increpat: ad clepsydræ quadrantem, se absque ulla noxa, malo spondet remedium allaturum. Fœminam jubet quiescere, hortatur ut bono sit animo, & cor vino refocillat. Quo facto, circulum ille definit, brevissimóque carmine concepto immurmuratóque, tres quatuórve, quos sub mensa alebat, serpentes, audito carmine, ad nutum arrecto, ut poterant, capite in circulum abeunt, & nutum præcantoris heri opperiuntur. Ibi repetito carmine serpens, quem muliercula fovebat, desilit, & congeneres suos ad edictum in caudam erectus petit. Tum præcantator injecto ei in os panni-

culo purpurato dentes vellicabat. Repente mulier, clauſo ubere, fugam accelerare. Magus contrà ruſticam ſiſtere, ut ſecura eſſet, jubere; utque ſerpentem alumnum illum ſuum, inter congeneres cæteros ambulantem otioſa ſpectaret, imperare.

Factum vides: at illud an ex Magia *naturali* vel artificioſa fuerit, non auſim aſſerere. Magis eſt, ut ſuperſtitioſam & veneficam judicem, imò dæmoniacam. Nam cum *Auguſtino* hîc ſentio & aſſentio, qui ſonus ait hujuſmodi certis quibuſdam & vocibus ac figurationibus ſeu figmentis, in terra ab hominibus, veræ Magiæ expertibus, fabricari poteſtates variis effectibus idoneas, ope malorum Dæmonum, qui ludificatores animarum ſunt, quas Deus illis tradidit occupandas, eò quòd ludibriis illorum ſe voluerint inescari. Et *Aquinatem* ſapienter monentem audio, qui in his, quæ fiunt ad aliquos effectus particulares inducendos, puta ad ſanitatem, conſiderandum eſſe docet, utrùm naturaliter poſſint tales effectus ab hujuſmodi remediis produci. Si poſſint, aut videantur poſſe, apud hominem mediocriter ſaltem in Naturæ cognitione perſpicacem, nihil eſſe metuendum; & liberè iis utendum eſſe. Et quid impediat cauſas naturales, etſi occultas, adhibere ad proprios effectus?

Lib. 10. de Civ. Dei c. 11

Quæſt. 96. de Superſtit. obſerv. Art. 2

Quòd ſi naturaliter videatur, nihil tale ab iis poſſe in effectum produci, hoc conſequens eſſe manifeſtum ſit, quòd non velut cauſæ adhibeantur ad illud, quod ſine iis eſſe nequeat cauſis, quæ propriè ſint cauſæ, ut nomé habent; ſed ut ſigna tantùm, hoc eſt, figura nuda, ſine alia operatione interna & abdita; quæ figuræ nudę, ſunt nugæ meræ, vel figmenta, quibus veluti ſymbolis ac teſſeris quibuſdam utuntur ij, quibus pacta ſunt cum malis dæmonibus vel tacita vel expreſſa, ſuper facto iſtiuſmodi. De hiſce enim verum putarim, quod ajunt, *Characteras ad nihil operari.*

Sunt enim tales imagines & concepto verba, quæ mediis non à Deo & Natura præſcriptis procurant ſive corporis ſanitatem, ſive rerum univerſalium Scientiam. Et in Necromanticis quidem expreſſæ ſunt malorum

Dæmonum

Dæmonũ invocationes & adjurationes. Implicitæ verò patent latissimè, & providos etiam, fallunt sæpissimè, quales sunt, si quis ad effectum aliquem adhibet, tanquam efficacia remedia, quæ sunt vana & inutilia in rei veritate: Vnde fit, ut malus Genius sese vanitatibus illis subdolè commisceat. Atque hoc videtur judicandum de pulsu æris campani, quod à *Virgilio* quodam conflatum narrant fabulæ, quo omnes adulteri & meretrices audito, qui in Aula Regis *Arcturi* erant, adeo sunt repentè exterriti, ut de ponte in aquam subterlabentem, ceu fulmine dejecti, præcipitarentur. Si qui pro historia istud accipiunt, per me licet, & authentici illis sint autores *P. Iovius* & *I. Frisius* contra *Polyd. Virgilium*, itemque *I. Fichard Menzer*, qui calculum fert itidem pro hujusce rei veritate. Nostrum non est hanc posse litem discernere; nec si possimus, precium sit hujus operæ in hoc incubisse.

Campanam æs Virgilij cujusdam.

Tyrocin. Emblem.

At non eò me redactum velim hîc angustiæ, ut quicquid est litterarum characteri sticarum, meræ superstitioni in universum devoveam. Et vulgato quidem *Characterum* usui quod tribuendum sit, etiam vulgus dispexerit & discreverit. Sed à *Mentali* est impressione & *intellectuali* signatura, quæ operatrix est in Characterum idæis virtus, quam nemo educit, qui lineis in extrema superficie inaratis incumbit. Nam quicquid nuda illa notarum aliquando in vulgi oculis videntur producere signacula, non ab illis re ipsa fit, sed ab alia quadam impressione & phantasia, quæ in eo est, qui fidit istis lineamentis. Et ab ejusmodi forsan imaginatione fuit illa Characteris cujusdam virtus, quem in vulgus etiam distributum vidimus à Generoso & Nobilissimo Domino *Carolo à Sternsee*, *Domino in Burcheim & Ropta*, qui rara inter Frisios liberalitate liberales artes, Musasque Mathematicas Mechanicasque disciplinas persequitur, earumdemque cultores humanissimo ac verè nobili affectu fovet. Describebat ille sæpius (nobis præsentibus & spectantibus) notum Characterem in *Salviæ* folio, quod febricantibus passim elargiebatur: nec fallebat inani spe & expectatione ęgrotos.

Characterum operatio.

Character adversus febrim.

Character muscas cogens.

Vidimus characterem, dum res novas ac rariores conquirendi undique studio peregrè sumus, in circulo descriptum, qui insignem muscarum conflugem undiquaque, apicularum instar convolitantium, seque invicem complicantium congregaret, & ad se cogeret, stiparétque turmam, ut conglomeraretur, sibique mutuò pressim adhæresceret, adeo ut si conglobatim quis illas manu extra circulum projiceret, intra præscriptos circuli limites protinus se reciperent.

Sunt præterea non nulli, qui charactere quodam ex serpentum sanguine in charta vel membrana descripto, adeo viperas & aliud serpentum genus obvium compescunt, insitáque exuunt ferocitate, ut impunè manu nuda bestias venenatissimas contrectent ad irritationem exacerbationémque, nec quicquam ab iratis asperatisque noxæ metuendum sit. Quod in peregrinatione nostra à Nobili quodam Gallo factum esse non sine stupore sumus intuiti.

Dum peregrè operam navamus arti Medicæ, cum homine omnis Medicinæ callentissimo quodam familiariter conversari nobis contingit. Characterem quendam habebat, tempore certo, arte certiori, virtute astrali antipathica amolente imprægnatum, cujus ille unius operâ omnes Medicorum tum Dogmaticorum, tum Spagyricorum conatus, nisus, sudores, vicit nullo negocio. Puer quidam erat, diro quodam veneficæ cujusdam incantatricis pharmaco adeo intoxicatus, ut manibus pedibusque abominandum in morem distortis incurvatisque, miserandis sine intermissione doloribus divexaretur. Ille post irritum ac frustraneum Medicamentorum ex Methodi præceptis usurpatorum usum, de collo characterem prædictum jubet suspendi: quo facto cedunt dolores toto corpore illicò, & sanitati plenæ perfectæque quasi ad oculum restituitur. Cujus ille tam inusitatæ curæ testes nos voluit esse αὐτὸ θεασαμένους, ob singularem inter nos, à communi Philosophiæ Hermeticæ studio, familiaritatem.

Character Veneficij Alexipharmacum.

Ejusdem Magneticæ & Magico-Physicæ Virtutis Characteres multos, quorum genitalia & partes occultæ

illæ,

illæ, quibus Viri erant, adeo pestilentissimorum malificiorum præstigiis fascinisque erant intoxicatæ constrictæque, ut in Venerem Naturæ debitam solvi nequirent, à *Chirurgo* quodam in *Anglia* noxiis diris simorum carminum vinculis expeditos, & Naturæ pristinæ virilitati restitutos etiam ipsi vidimus. *Character fascino solvens genitalia.*

Certè vulgata sunt illa, & in *Mizaldo* obvia de imagine vel Charactere, cujus virtute firmamentali mures fugentur Centur. 1. aphorism. 45. itemque alius, qui pisces inaltiori etiam fluvio undiquaque in unum congregat Cent. 1. aph. 94. & alius etiam, quo lupi etiam in fugam dentur aph. 8. Cent. 2. *Alius mures fugans.* *Alius pisces congregans.* *Alius lupos fugans.*

Sigillum, ut nuper accepi, habuit *Leonardus Thurnheiserus*; homo quidem, ut fama est, superstitiosus, impostor, insigniter impius; sed in *Mathesi & Astronomia* altiori apprimè exercitatus, cujus beneficio viri duo eximij & non vulgaris nominis, ab *Epilepsia*, quæ illis erat hæreditaria, plenè liberati sunt. *Character Epilepsium hæreditariam curans.*

A virtute Firmamẽtali, ut vocãt, Magnetico-Sympathica & Antipathica, ut opinor, hęc Characterũ est, si qua est, operatio: ab Artis Naturæque nimirũ conjuncta illa combinatáq; potẽtia, & intermedio veluti caduceatore, inferioris hujus Astronomiæ leithurgia planè stupenda.

Ac de occulta Characterum sigillorúmve natura, hìc propiùs aliquid posſemus inferere, quod multis inauditum hactenus & novum esset: sed aliò vocat scriptionis materia, & obiter aliquid de occultorum morborum occulta cura adnectendum ὡς ἐν παρόδῳ.

Transnaturales oborivatur morbi per Magico-Physicam *Ascendentium Descendentiumque* astralium impressionem? Curam sibi poscunt congenerem, & antidotum adæquatum ex consimili Antipathia Magica Firmamentali virtute. Qui negat: non ille cuiquam bonus erit in tali negocio Medicus, sed ipse ad *Æsculapium* ablegandus est, qui cerebrum ipsi purget elleboro. Omnis enim morborum causa à primo capite & suo primordio est indaganda, ut analogica ijs adhibeatur curatio. Quod de omnibus morborum sive Classibus, sive Entibus, ut *Theophrasto* placet, habendum est; qui *Morbi transnaturales curam poscunt transnaturalem.*

Quinque morborum Entia.

horum ſumma quinque genera ſtatuit: *Ens Natura*; *Ens Aſtrale*, *Ens Veneni*; *Ens Magicum*; *Ens Divinum*, Quorum Entium ſingula peculiarem ſibi curam expetunt.

Morborum Aſtralium cura.

Quod de morbis ſidereis ſive *Aſtralibus* verum eſt potiſſimùm: quibus non alia ſunt medicamenta proficua, niſi quæ à Firmamentali ſunt Curatione, interveniente Cœleſtis influxus cooperatione, cum iis combinata dũtaxat, quæ analogiam habent Minori Majoriq; Mundo adæquatam, cui vera ineſt *vis Firmamenti*, quod vocant, *Magnetica*, & impreſſio *Aſtronomica*, refrænandis compeſcendiſque morbis Aſtralibus idonea.

Hæc ergo neceſſitate & fine, inventæ & aptatæ elaboratæque ſunt gemmarum metallorumque ſculpturæ Aſtronomicæ, & conſtellationes Mechanicæ variis morbis averruncandis oppoſitæ.

Quidem morbi inſanabiles.

Quòd ſi verò (ut fit ſæpenumero) irato vindicantis Numinis afflatu, morborum vis ingruat non *vulgo* Medicorum, ſed & *Æſculapio* & *Podalirio* etiam incognita (quandoquidem Iudicia Dei ſunt inperſcrutabilia) & incurabilis: hîc pietate & prudentiâ *Chriſtiani* Medici opus eſt, ne quid ſupra Vires humanas aggrediatur; vel indignetur, ſi artem hominis longè experientiſſimi qualemcunque ſucceſſus deſtituat. Fruſtrà enim hîc conabitur Medicus aliquid ex præſcripto *Hippocratis*, *Galeni*, *Avicennæ*, *Celſi* & aliorum: Altioribus ad horum curam medendi legibus ac Methodis inſtructi accedamus oportet quas ex SS. literis ſuppeditant Theologi.

Alia verò morborum avita velut ſemina radiceſque quo pacto ex *Microcoſmi* officina ceu œconomia in *Macrocoſmi* familiam, cæteraque animantia, beneficio *Mumiæ Microcoſmi Magneticæ* tranſplantentur deriventurque, in *Biolychnio noſtro* libatum eſt. Sed redeamus ad illa, de quibus ſuprà egimus. Aliud quid hoc loco in mentem venit, non alienum fortaſſe ab inſtituto operis, quod reliquum eſt, de ſpeculo quodam ab inſigni, ut de re conjectura eſt, artifice elaborato. In *Fano*, quod *S. Dionyſio* conſecratum eſt, ædicula eſt, in qua *Theſaurus Francorum Regis* aſſervatur, in quo ſpectatu digna ſunt omnia, & mira mehercle, ſi vera, quæ ædituus ordinatim

tim de qualibet depoſito recenſet. Hìc *Speculum Virgilij*, quod ajunt, viſitur columnæ appenſum; inſignem referens vetuſtatem, ſed imagines obſcuras. E vitro tamen intuenti apparet conflatum, etſi non magis pelluceat, quàm ſi ex *Electro* ſit elaboratum; è quo ſpecula fieri admiranda ſcribunt & compertum eſt. Soli norunt *Mathematici*, quæ non poſſint effingi ſpecula; quid non ſtupendum, vulgo non dicam, ſed & peritioribus in multarum rerum ſcientia Viris, poſſit edi ante oculos & ora contuentium. *Speculum Virgilij.*

Speculum eſt in aula *Magni Ducis Hetruriæ*, ut relatu amici accepimus, quod ex arbore quadam oppoſita reddit effigiem *Magni Ducis*. Quid? magíſne arborem, an ſpeculum admirabere? Vtrunque enim eſt in hoc ab ingenio Artificis elaboratum, quod mirentur, non imitentur advenæ. *Speculum in aula Florentina.*

Vulgata ſunt illa ſpecula, quæ uno corpore ſpecies comprehendunt omnes; planam, cavam, curvam, columnarem. Ratio ſpecierum eſt manifeſtiſſima. Eſt enim iſtiuſmodi ſpeculis facies, qualis argenteis poculij. Ima baſis plana eſt: Crus columnæ forma. In poculo, cavum intus eſt, curvum foris.

Sunt qui aliud fingant exiguo negocio, haud parum tamen admirabile. Vnica enim in planicie, una facies geminata ſpecie alia ſuper aliam refertur. At reperirentur miſelli, qui hoc abominandis artibus produci crederent & contenderent. Notum eſt, non mulierculas, ſed viros ſpeculis decipi ad oblectionem peritiorum. Nam quos ludere volunt, in conclave abducunt, undiquaque occluſum & obſtructum, relictâ quadam rimulâ, per quam ſpecies quælibet in ſpeculum tranſire poſſit. Speculum intus eſt vel fixum, vel penſile & trepidans, pro inſtituto Artificis: Foris locantur effigiati lemures, larvæ, ſpectra; Deorum, Dearumque ſtatuæ, vel hominum & animalium imagines. Hic prout conſulitur artifex, reſpondet anxiis conſultoribus. Imagines ſpectandas offert, ut viſum eſt ad rem præſentem referre. Tum in cubiculum intromitti videt miſer lemures, & noctium occurſacula, quæ ex imo Acheronte emiſſos credit. *Speculorum præſtigiæ.*

Minantur larvæ, & monſtra terrent, prout ſeſe movet ſpeculum; modò recedunt, modò aggrediuntur cominus terribili figura, jam totum animo & corpore cohorreſcentem, & tantum non, præ metu, animam exſudantem, donec remotis laribus & præſtigiis iſtis abitum miſer ille impetrat, & fugâ ſalutem ut quærat, indultum eſt.

Quid de ſpeculis hîc attinet recenſere, quibus illa, quæ in longinquis oris ſunt diſſita, videre licet ad oculum etiam? Riſit olim *Petrus Barocius Epiſcopus Patavij Mathematicus* ſanctiſſimus eos, qui ea videre, quæ in remotiſſimis etiam partibus eſſent, quod de *Apollonio Thyaneo* ferebant, Magiæ nefandæ tributum volebant.

Speculis qualeſcunque poſſunt oſtendi imagines longè abſentes.

In vulgi etiamnum eſt fabulis, ſpeculorum quorundam artificio (quæ mantica vocant) imagines pro ingenio & libitu architecti in aëre quaſlibet, magno à ſpeculis intervallo produci, quas imperiti ſi viderint, ad earum aſpectum, veluti ad larvarum & lemurum à malo Genio concitatorum occurſacula nocturna obſtupeſcant & horrore toti corripiantur. Tali impoſtura circumventos, ſæpe crediderim majores, apud quos frequens illa de umbris animarum paſſim oberrantibus, ſpectriſque congeneribus fabula: cùm rerum interim nihil vidiſſent, ſed earum ſimulacra tantùm.

Præſtigias vulgus dictitaret, quas vel tyro in *Matheſi* pro lubidine fingeret in loco undique occluſo, relictâ tantùm rimulâ vel foramine anguſto, per quod radij ſolares poſſunt tranſmittere: intus in conclavi oppoſito quodam ſpeculo, in quo omnia, quæ foris in luce geruntur, videret & diſcerneret quilibet.

Homines ſunt, qui aëre conſtipatiori, in nubibus ſerenioribus, quales minùs ſpiſſatæ & tantùm non pellucidæ viſuntur, viderunt, ut in ſpeculo, imagines caſtrorum magno ſpacio diſſitorum, montium fluminum, acierum, equorum, hominum. Atque hæc omnia ſunt prodigiorum magnorum inſtar, ſæpe in annalibus relata, quæ naturali reflexu à rebus ſic in aëre oſtentatis ſunt prodita.

Sunt qui viſu adeo ſint debili, ut in aëre paſſim obſervantes,

versantes, velut in speculo, corporis sui umbram ceu Idolum adversa semper facie se præcedere, quoquo se vertant, arbitrantur: quod à radijs est visivis ad aërem resilientibus, & repercussione, quòd penetrare non potuerint objectum visibile.

Et à doctis observatum jam olim est, in aëre humido & spissiori sæpius effingi naturaliter corporum simulacra & rerum quarum libet effigies.

Sed artificiosum est in *Anglia* speculum, non solùm in quo rei effigiem oppositæ videas, sed extra quod objecti cujuscunque ideam etiam cernas clarissimè. Prodit enim è superficie speculi imago, & sese tantùm non tangendam exserit. *Speculum artificiosum in Anglia.*

Sed ad malleum & incudem, unde plus nimiùm digressi sumus, redeundum est, & invitat Officina Vulcania, quæ gestit arma dare elaborata

Καλὰ μαλ' ὅι ἔπω τις ἀνὴρ ὤμοισι φόρησεν
Qualia nemo humeris miles tulit antè cruentus.

Quibus de repentino indutus Bellator noster, hostem adoriatur intrepidè, & ingentem in acie consternata, terrorem undique catervis obversantibus incutiat, ferociss imosque duellatores, virtute *Magnetis naturalis invisibilis* Magico-Physica fascinatos, omni robore animi corporisque exuat. De *Myrmidonum*, quanti doctoris acie sic Homerus:

— Ταδὲ τεύχε' ἀνέβραχε δαίδαλα πάντα. ἰλ. τ.
Μυρμιδόνας δ' ἄρα πάντας ἔλε τρόμος, οὐδέ τις ἔτλη
ἄντην εἰσιδέειν, ἀλλ' ἔτρεσαν· αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
ὡς εἶδ' ὡς μιν μᾶλλον ἐδυχόλωσε· ἐν δὲ οἱ ὄστε
δεινὸν ὑπὸ βλεφάρων ὥστει σέλας ξεφαάνθη.
— *Arma insonuere tremendum.*
Marmidonas verò extemplò pavor occupat omneis:
Lumina nec quis sustinuit sustollere contrà.
Pelidæ verò magis intrò exæstuat ira,
Turbidáque inflammans fervor magis asperat ora.

Est enim hoc à *Magnete*, quem vocant *Antipathico* occulta quædam operatio, quæ stringit adversarium, quasi fascino quodam latenti, ut ille, à quo exit, invisibili modo, formidini sit cuivis hosti. Atque hujus vires

in Natura obſervantur. Alia verò *ſupranaturales* eſt, quam *Tranſcendentem* dicimus,& à Deo exit,nullis ſociata Naturæ inferioris adminiculis. Talis emicuit apud
Iehoſch.12. Heroes illos priſcos Deo percharos. In *Iehoſchuha* quis neget ? En tibi Regum triginta & unius victorem,triumphato, rem Auguſtum ! Multa enim in rebus geſtis tanti Herois cernis tranſnaturalia, & victorias non niſi
Iud.1.ſect.7. Imperatore Deo Opt.Max. partas. *Iehudam* ei appono, & penè compono,qui *Adoni-Bezekum* fudit ſeptuagintaRegum victorem Dominum,quos ſub menſà canum
Iud.8.ſect.10. inſtar alebat.Et magis etiam,meo judicio,mirere *Gedeonem* centum viginti millia pugnatorum,quibus copiolis obtruncantem.Copiolas dico?una cohors erat,quæ bellum ingens illud conficeret,à Deo ipſo conſcripta. Trecenti viri, inquam, qui committerentur cum centum triginta quinque bellatorum millibus. Talis fuit Spiritus ſuper *Iiphtachum*,qui de *Hammonitis* & *Ephrajimitis*
Iud.11.ſect. 29. tam gloriosè triumphavit. De *Simſone* mera ſunt miracula. Vide *Philiſtæorum* fulmen illud ſtupendum,de quo præſtat ſilere, quàm pauca dicere, Iud.15. Atque hæc tranſnaturalis quædam fuit vis & potentia, quæ à Deo infuſa,tales edidit effectus,quos omnis ſtupet poſteritas.

Alia eſt in Naturæ quadam occulta proprietate, etſi
Virtus in Octaviano occulta. non ſine Dei influxu, virtus ; qualis in *Octaviano* fuit necdum Auguſto,qui in quovis certamine ludicro cum *Antonio* inito erat ſuperior. Tale quid haud abs re judi-
Ziſka. carim in ZISCKA Huſſitarum Duce latuiſſe, quod non refutarit contemtim, qui res geſtas illius legerit. Præſertim ſi intendat accuratiùs,cur ille cutim, ubi occubuiſſet,ſibi detrahi,eademque tympanum pro vitulina pelle intendi juſſerit, quod pulſarent, quoties prælium ſui eſſent inituri; futurum ſpondens, non minori terrore perculſum iri hoſtes, iſto ſonitu audito, quàm conſternati fuiſſent,ſe in prima acie depugnante.

Tale quid etiam in fabulis eſt, etſi non meræ omnes fabulæ quæ inibi,de conſimili quadam virtute Natura-
Cornu Rolandinum. li-Magica, quæ inerat Cornu Rolandino, quod in flatum, ſuo clangore tantam injiciebat hoſtibus trepidationem,ut in fugam præcipites daret. Nihil de hoc perſuaſum

suasum velim cuipiam, nisi ei, qui possit id, quod non repudiendum videtur, accipere, quod verò suspectum, abjicere. At hoc satis vulgo etiam constat peregrinantium, in *Fano S. Dionisij* ab ædituo ostendi etiam *Cornu venaticum*, quod *Rolandi* fuisse istius, de quo agimus fama est.

Quid? an harum rerum causas scire cuperes? Malis nescire, & quantum indulsit Natura, sapere. Non ego illas scio; non tu scies; non alius sciet quisquam, quæ tam occulta voluit esse Deus, ut sibi soli pernoscenda isthæc reservarit. Maxima hîc est Sapientia, non laborare, ut scias illa, quorum semper occultæ nobis qualitates.

Quæris, unde isthæc in bellicis hisce machinis *Antipathia* sit adversus hominem? Quæro vicissim ego, unde fuerit, quod de Equite quodam *Vascone* relatum est in literas, ut audito phormyngis sono, urinam illicò reddere cogeretur? Multi felis obtutum exhorrescunt. Nos Centurionem quendam novimus, qui latentem in conclavi felem, simulatque intrasset, cum horrore persentiscceret, nec cœnare posset, nisi ejectâ bestiâ. Sunt quibus limæ stridor horrorem incutiat: Sunt qui vitri; sunt qui cultellorum attritum non ferant. Alij suberis calcati crepitum non sustinent. Multi sericarum vestium non tolerant sibilum. Amicus noster induratæ ceræ frictionem adeo abominatur, ut ad imaginationem istius soni toto corpore semper cohorrescat. Quod memini illum commemorare, cùm magnoperè de *Scaligero* miraretur, qui ad *Cressoni* conspectum, ut de se ipse scribit, adeo sit tremere solitus, ut horrore quassatus abire cogeretur: Ille, qui non ænea solùm, ut inibi scribit, sed vera quoque fulmina contemnebat: qui in duabus obsidionibus, in quarum altera etiam imperium habebat, solus omnium nullam ediderat Vocem, vel inediæ testem, vel abhorrendi cibi exprobratricem.

Plurimarum rerum sunt qualitates occultissimæ.

Exerc. 274.

Multi sunt, qui vinum, quod mirere, non minùs aversantur. Plurimis ingenerata est Casei abominatio, quæ propagatur in liberos etiam. Plurimi etiam Mala fastidiunt, & ad solum odorem vix nauseam compescunt. Sunt quibus acetum compescat; sunt, quibus

provo-

provocet vomitum. Ac de his quidem ut minoris momenti erga res quasdam inimicitiis & dissidiis naturalibus; Majorum facilis est conjectum, nisi quis nimiùm pervicaciter omnia velit ad manifestas rationes torquere. Sed de hisce paulò post plura.

Historia de Muricipe.

Ridiculum quid hoc loco apponam, quod tamen obscuro sit in *Naturæ Magnete vel amico & concordi*, seu *discordi & inimico*, in objectum. Muriceps quidam erat senecio (cui sic, ut artifici in arte sua, in hoc muricupio vel soricupio credendum) qui persuadebat, fistulâ quadam inflatâ, quæ ex spinulis & ossiculis è dorso *Regis Soricum* (Nam & hujus etiam nationis imperium penes *Reges* esse contendebat) compacta, aut pulsato systro, vel pelviculâ ejusdem *Soricum Regis* pelle intensâ, omnem Soricum ac murium, ad hoc veluti classicum, gregatim quasi ad signa & Aquilam concurrere exercitum, nec aliter hoc signo dato sequi ductorem, quàm Helvetij audito tympanotriba, & tibicine ei à latere, soliti sint in ordines suos se conferre, & iter facere.

Homer. Βατραχομυομαχία.

Andreas Kirchner Volcrodæ œconomus anno æræ Christianæ CIↃ. IↃ. XXCI. ipso vere hac arte Muricipis cujusdam inflantis fistulam, omnem soricum ac murium gregem è Monasterio quodam hoc sonitu (invitúmne aut secus, non satis constat) educi, & in stagnum sive paludem huic propinquam cogi mergique jussit. In hoc exercitu, *Mus triceps*, quem murium ille *Regem* appellabat, conspectum fuisse memorant.

Sunt qui eodem artis hujusce mysterio, soricum ac murium copiam *Hamelio*, quod *Saxoniæ* ad *Visurgim* est oppidum, eductam velint. Et persuaderent fortasse multis, nisi abominandum illud accessisset venefici, qui pu-

Puelli multi Hamelio evocati fistulâ

ellos gregatim eadem fistulâ convocatos extra Vrbem evocasset, & in cavernam suburbanam invitasset, in quàm demersi omnes, nusquam deinceps apparuerunt. Fabulas dicis omnia? Oppidum pete, & ad Curiam rem gestam in tabibiis longâ scire descriptam inspice. Annales quoque urbanos & fabulos cum Archivis consule, & Anno Salutis Christianæ adnexum passim videbis *annum ab eductione & seductione illa puerorum puellarúm-*

que

que miseranda.

Eadem fide proditum est,& relatum ab homine quopiam non ita pridem accepimus , eodem propè artis congeneris secrero locum quendam propè *Bohemiam* à serpentibns infestissimum, fuisse perpurgatum . Fistulam quandam inflabat artifex occulto ingenio elaboratam,certis numeris. Adrepebant undiquaq;ad modulos illos è latebris serpentes. Ille cantu in unum congregatos omnes , in foveam grandem , in qua ignis magnus erat instructus,dejiciebat . Vnus supererat portentoso corpore, hastæ militaris longitudine & majori , capite felem referens , & coronato *(Regem serpentum ille dicebat)*

Sepentes fistulæ sono provocati è latebris.

Ardentésque oculos suffectus sanguine & igni 2. Æneid.
Sibila lambebat linguis vibrantibus ora,

magnóque cum strepitu & sinousis gyris tibicinem petit. Ille nihilo commotus inflat tibiolam . Hic serpens indignabundus coronam, quam capite gestabat, ante pedes ejus projicit. Aulædus nihil de cantu remittit. Serpens foveam circumit, & secundò propiùs ad pedes coronam provolvit; & tertiò etiam . Sed cùm Choraules nihil de modulis remitteret,horrendo cum strepitu, repetitâ coronâ,in ignitam cavernam insilit.

Sed ecce Achilles nunc armatur

ἆιψα μάλ' ἐς πόλεμον. ἰλ. τ'.
Continuè valdè ad bellum.

Et ipsa mater diva jam Filio

— Μένῳ πολυθαρσὲς ἐνῆκε
— *Audax immisit robur in illum.*

Nec quicquam ei curæ nunc,quam

— Φονὸς τε καὶ αἷμα, καὶ ἀργαλέῳ ςόνῳ ἀνδρῶν.
— *Cædesq; cruorq;, gravis gemitusq; virorum.*

Quid ni faciat ? tantæ sibi conscius virtutis , & non ignorans

ὡς ὑ ῥηΐδι ἐςι θεῶν ἐρικυδέα δῶρα ἰλ. υ.
ἀνδράσι γε θνητοῖσι δαμήμεναι, ὐδ' ὑποείκειν.
Quantum Homini sit difficilè,inclyta dona Deorum
Mortali temerare manu,& perrumpere cuivis.

Fuit enim hisce,accerum Marte utrinque collato,omni hosti

hosti sacer & invulnerabilis: Sed an virtute ejus fuerit, quod Poëta ait:

— Χρυσὸς γὰρ ἐφύλαξε δῶρα θεοῖο.
— *Aurum munivit munera Divi.*

non hîc plenè asserimus. Paulò enim divertimus ab illa Vulcania armorum Achilleiorum fabrica, pro temporis & belli gerendi ratione, quæ hujus est ævi. Sed ut illa ætas fuit, satis isto munimento tutus fuit ab omni telorum genere: etsi fato suo & infelici quidem illum defungi oportuit. Interemtus enim est ex insidiis, cùm inermis esset ea parte quâ percutiebatur, & à Paride, à quo ad Templum Appollinis Thymbræi invitabatur, quasi connubio cum sorore sua Polyxena jungendus: quod indignatur Poëta:

12. *Metam.* — *Ille igitur tantorum victor Achille*
Victus es à timido Graiæ raptore maritæ;
Atsi femineo furrat tibi: Marte cadendum;
Thermodontiaca malles cecidisse bipenni.

Quàm precioso & incomparabilia hæc arma *Achillis* fuerint, ex hoc liquet potissimùm, quòd bellicosissimi summique Græcorum Duces, *Ajax Telamonius & Ulysses* (ille omnium ab *Achille* invictissimus; hic in toto *Agamemnonis* exercitu, consilio pollentissimus ac vaferrimus) post internecionem *Achillis*, uter eorundem, post habitis omnibus aliis, hæres futurus esset, tantis animorum contentionibus invicem enisi sint, ut *Ajax*, ubi postulatis suis Græcorum Proceres videret abnuisse, in furorem actus suo se gladio jugularit. Nam ni quid inusitati vulgo & eximij in armis istis fuisset, quis tantorum in universo exercitu Ducum animos in odia tam capitalia exarsuros fuisse, ob vindicationem illorum, crediderit?

Precium ejus quæris? non est mortale. Et quantum potes animo de isto concipere, cogita. Multum est, quod conjicies ex hisce Poëta verbis, quæ ex nostris haud tam disertè posses:

12. *Metam.* *Bella movet Clypeus: deq; armis arma feruntur.*
Non ea Tydides, non audet Oïleus Ajax,
Nec minor Atrides, non bello major, & ævo
Poscere;

Poscere; non alij. Soli Telamone creato,
Laërtaq; fuit tantæ fiducia laudis.

Arduum de iis certamen vide, cujus etiam ipse

A se Tantalides onus, invidiamq; removit.
Argolicosq; Duces mediis considere castris
Iussit: & arbitrium litis trajecit in omnes. 13. Metam.

Vnde & Ovidiis cum eloquentissimis (ut Senecæ verbis dicam) declamatoribus sui temporis, tractando hoc ipsum argumentum, contendit.

Sed nunc in messem nostram falx immittenda. Ad *Electri* hujus Magici *Practicam* requiritur Planetarum, cæterorúmque astrorum positus legitimus. Non enim aliter Superiora cum Inferioribus maritari, vel unione cõcordi indissolubili possunt copulari; ita ut id quod est *Superius*, sit cooperatione Magico-Naturali sicut id quod est *Inferius*: & vice versa, id quod est *Inferius*, sit modo præfato, sicut id quod est *Superius*. Operâ enim astrorum hîc præ cæteris omnibus est. Et operá quidem, inquam, istâ, qua vel aliena facultate agunt per accidens etiam: quid de illa dicam Virtute, qua per se & sua vi insita effectus edunt stupendos? At actio illa à stellis in res Elementares producta, sitne per contactum, quod ajunt, corporeum, an per Virtualem; alij ad pulverulentam illam, quæ in Orbilierum scholis est, Philosophiam, triturent & diverberent Nos cum iis, qui vel nuces in illa reliquerunt, & altiori istâ initiati sũt, persuasi sumus; quod sunt in *Archetypo* ideæ & unitates, tot essentiales etiam, & vitales, & mentales, & animales seu Virtutes, seu rerum semina, Mundũ omnem complere corporeum, ut ex iis Spiritus & naturæ, sive qualitates & formæ proficiscantur. Stellæ autem, quæ *semina* habent singulæ, si non jaciunt illa, & *diffundendo fœcundant*, aut *fœcundando diffundunt*; & otiosa habent semina, & otiosæ sunt ipsæ, & frustrà sunt creatæ. Sed priùs ego Pythagoræis assentio, qui singulas stellas singulos esse Mundos crediderunt, quàm tanta & tam pulchra corpora vel frustrà credam à Conditore fabrefacta, vel quasi frustrà saltem.

Electri practica.

Actio à Stellis an per contactu fiat corporum.

Sed jam proportionem ponderum & metallorum con-

conflandorum damus:

Cupri & chalybis ana quinque partes.
Solis & Lunæ ana decem partes.
Stanni & plumbi ana duas partes.
Mercurij unam partem.

Metallorum unum quodque purgandum poliendumque ex præscriptis legibus, quarum Consulti sunt *Chymiopeiriæ* Theophrasteæ periti. Nam unicè cavendum est, ut monet Chymistarum Apollo, *de Speculi constellatione*, ne quid corpora tardent noxia, quod Platonicorum erat monitum etsi in re dispari.

Tempus commiscendorum metallorum.

De Tempore verò commiscendorum metallorum, ut fiat ex iis Electrum Physico-magicum, talis est ineunda supputatio Prima conjunctionis habenda est ratio *Saturni cum Mercurio*: & in puncto illius, omnia recto ordine tibi disposita habeto: Ignem scilicet & plumbum purum in crucibulo, quod vocant, & hydrargyrum, ut nihil tibi sit remoræ. Ineunte autem illa conjunctione liquefactum jam *plumbum* ex igne desumito, & *Mercurio* super infundito, ut frigescant mistim & indurescant sinito. Dein conjunctionem observa consimiliter *Iovis cum Saturno* vel *Mercurio*, & ordine eodem, ab ipso, in tam insigni conjunctione, puncti primordio metallum purum putum, scilicet *Iovem* seu *stannum Britannicum* cum *Mercurio* commistum, separatim in peculiari unum quodque lebete liquefiat, tum ex igne ablatum, ventilatum, leviterque frigefactum in unum confundito, & prorsus frigefiat sic commistū sinito. Atque hæc est liquidissimorum metallorum in corpus unum legitima consolidatio. Quibus sic ex præscripto artis ritè comparatis, alia est observanda conjunctio, sed promiscua, & nullo discrimine quatuor Planetarum; *Martis* videlicet, *Solis*, *Veneris* aut *Lunæ*. Quicunque enim horum sese conjunxerit *Saturno*, aut *Mercurio*, aut *Iovi*, ratus est operis instituti processus. Separatim unum quodque metallum diffluere, atque in puncto Conjunctionis confluere sinito. Idem de metallis omnibus habeto, quoad septem illa in universum, pro congruente cuilibet Conjunctione, in unum con-

flave-

flaveris. Et talis est *Electri* hujus *Theophrastæi*, mutatis mutandis, consolidatio.

Ex hac massa Electri Physico-Magici arma Electro-Magica arte Vulcania cudantur oportet. Atque hæc fabrica procedit autore *Theophrasto* in *Philosophia Sagaci*, ex quarta Specie Artis Physico-Magicæ specialiter sumtæ, quæ *Gamadhæos* dicta est: quæ invisibili & Spirituali artis occultæ opera, præstat omne istud, quicquid aliàs Natura sine ullo artis adminiculo, proportionatis ad effectum præstandum remediis, visibiliter & corporaliter educit. Corpus enim quasi tegumentum est penè emortuum: at incola Spiritus motu præditus sempiterno, est Naturæ invisibilis, Animæque Mundanæ *scintillula Magnetica*, Vigens, sentiens, movens, agens efficacissimè. Ens Naturale quidem, sed artificialiter effigiandum est, cui insit Spiritus sive Anima invisibilis, quæ vi quadam Magnetica egrediatur, ex immateriato scilicet in materiam, hoc est animos eorum, qui hostiliter adversantur, occupet fascinetque naturaliter, stringatque motus & operationes hostiles, modo, ut dixi, occulto, qui herbæ istius Viribus haud disconvenit, qua *Hippocrates* quispiam Aquæ adeo stitisse dicitur eluvionem, ut de plena urna, ne guttula, quoad illa immaneret, effluere t.

Gamadhæos quarta artis physico magicæ pars.

Tali penè est pollentiâ radix *Aconiti Pardalianchalis* legitimi: Scorpionem ferè sua refert effigie, quâ scorpiones si vivi contingantur, Viribus suis repente destituti, quasi emortui huic succumbunt.

Radix Aconiti Pardalianchalis.

Sed propiùs hunc, quem volumus, effectum referunt Plantæ & succi quidam lymphatici, quorum operas, si simpliciones nonnulli cernerent, impurorum noxiorumque Spirituum credo illusionibus eductas contenderent. Circulatores, agyrtæ sunt, qui in spectaculis miras istorum pharmacorum apparatu cient comœdias. Vnio recenti, ut omnis fraus putetur abesse, quippiam quod fauces convellat constringatque celeriter injicit: digitum ut intingat, cui illudere cupit, persuadet; utque ori indat illum, & gustandi causâ sugat. Ibi ille eum ori inditum mordicus, etsi invitus, preme-

Circulatorum fraudes & lusus.

re, dolore, clamare. Tum Circulator querulum quasi consolari: & dolentem hinc inde contrectare; inter contrectandum mox tempora carpumque oblinere; utque spectatorum fallat intentionem, ridicula multa interloqui. Facto hoc fuco, nummū fortè sibi dissimulanter è manibus elabi sinit; ut eum tollat, hortatur. Ibi miser ille pronus, è terra nequit resurgere: mox amens & sui impos collabitur; & velut in aquam præcipitatus, natat omni conatu: mox fluctibus obrui sese, & opem inclamat. Accurrit circulator; cum egerit; & aquæ eripit. Ille erectus, & à præsenti mortis quasi periculo ereptus, ulciscí parat veneficij injuriam. Reum maleficij circulatorem summâ vi aggreditur; in fugam conjicit. Hic furenti & anhelanti cedere: Ille non nisi absterso veneno menti suæ restitui. Vbi recepit animum, quasi è mari naufragus ille capillum, faciem, brachia, fœmora tergere, vestimenta velut uda torquere, exprimere, siccare. Caculæ & coquorum lixæ sunt, quibus hic intentatur fucus: & de composito inter illos agitur sæpissimè. Sed vim succi mirrere interim.

At corporei contactus ergò fieri istud excipis? De hac Circulatorum impostura non repugno. Sed virtutem in cæteris naturæ remotioris operationibus non esse nisi à contactu illo propinquiori, si contendas; quicquid est tuarum, sive è Stoa, sive è Peripato argutiolarum, non paribus sophismatum strophis & involucris diluam; sed scommate vel è stabulis vel triviis petito. Ventris onus nimis vicinum excrevit quispiam, vel in contumeliam deposuit alicui, ut offendatur ejus gravcolentiâ? Animo vindictę cupido, tam incivilis ultor depositi prunascandentes, cum Vino adusto & pipere, excremento injiciat recenti, & exagitabit nebulonem istū adeo, ut aliquot dies ægrè illi sit, & pudendis illis partibus insidere nequeat. Quin & consimili Magnetico quodam Magico-Physico artificio, tantus alicui, alvi fluxus, absque ullo pharmaco sive intrinsecus exhibito, sive foris admoto, solâ *Magnetis Naturæ Spiritualis ac invisibilis sympathici* illius virtute atque efficaciâ, concitari potest, ut inde, nisi sisteretur (quod non nisi ab illo fit, qui fluxum illum occulto

culto modo concitavit) in præsentissimum vitæ periculum adducatur.

At nihil ibi contactus est corporei; sed *Magnetica* est pura puta vis quædam & efficacia: Cujus spiritualis contactus exempla è Naturæ profundis sexcenta licet haurire, cui otium est istis immorari. Nos enim non moramur corporeum illum contactum, quem rus merum novit, & mare ipsum sentit.

Sed magneticus hicce contactus & incorporeus in maleficium tendit, etsi ridiculum.

Maleficij insignitè scelerati contactus incorporeus.

Alius est veneficus, cujus autores *Antonini & Constat. Imperatorum* in maleficos Mathematicos edictum feriat, & ferialis pestis, hoc est, immanissimarum bestiarum fames absumat, qui magicis artibus accincti nefandis, copulam humani generis conjugalem violant, nescio qua nodi malè nominati strictura infestissimâ, ut in venerem desideratam solvi maritus nequeat, frustraque

Conjugis infusus gremio per membra soporem, *Æneid. 8.*

Et optatos amplexus petat. O scelus! non lege tantùm *Cornelia* expiandum, sed etiam *Pompeja Parricidiis*, nisi fortè crimen aliquis gravius aut detestabilius existimet, Parenti aut ei, qui nuncupatione parentis tenetur, fata præparare, quàm ista in piissimam rerum omnium Parentem Naturam, generis nostri propagatricem, impietate grassari, ut genitalis illa facultas & fœtificatio, quæ ab eximio est favore Numinis omni insita generi animantium, pereat, & suprema illa amoris humani dissolvatur copula. Non enim gladio vel ignibus, neque ulli alij solenni pœnæ subjiciantur illi, sed huic, quam diximus *de Parricidiis*. Quæ enim æquior in tales decerni possit, quàm ut omnium Elementorũ usu vivi carere incipiant, & eis Cœlum superstitibus, & terra mortuis auferatur? qui in Opt. Maximam omnium Elementorum *Matrem* tam sacrilegas manus injecerunt. Quæ sanctio potissimùm apud illos vigere deberet, apud quos hoc crimen adeo non est in frequens, ut noctu & clam necesse habeant Conjuges matrimonio jungi à Sacerdote, sicut ritu in Ecclesia solenni diurno par erat, quod

in *diœcesi Leodiensi* obtinere commemorant.

Nec quicquam hîc attinet disputare, possitne fieri tale quid sine pacto, tacitè vel expressè cum malo Genio inito. Quia fine sæpe bono, ajunt, stringitur tale vinculum, quod impotentem Virum faciat, ab uxore etiam, quæ metuit, ne maritus aliam ineat, & ne alibi Venerem ciere possit, ita piè fascinat. Vbi verò ad uxorem redit, ipsa illum ab hoc Vinculo expeditum dat. Malum, inquam, etsi bono fini. Nam & hîc metus est, ne se malus Genius misceat, qui ad hujusmodi noxas invitat & irritat omni arte. Meliori commendo Magos, ait *Alexander ab Alex.* adulterium vindicare; ut furculus per ranæ viscera ad os transfixus, in menstruis uxoris figatur à marito. Tunc enim uxorem, ajunt, fastidire adulteria. Cui haud absimile prodidit *Aristoteles*, in *Phasi* flumine arbusculum nasci, cujus ramus à Viro excerptus, & in uxoris thalamum immissus, efficit, ne mulier alium Virum appetat.

Genial. dierũ lib. 4 cap. 1.

Sed unum expedio, quod sexcentorum instar est, adversus illos, qui rebus quibusdam inter se negant insitam esse, sive mutui consortij, sive dissidij reciproci qualitatem, qua citra contactum visibilem mutuò se invicem afficiant, de unguento illo, quod armarium vocant. Vulneratus esto quispiam, & plurimorum decumbat æger milliarium intervallo dissitus. Si telum vel instrumentum, quo vulnus est inflictum, haberi potest, illud eo inungitor. Cæsim illatum est? ab acie tergum versus inungendum. Si punctim adactum? à cuspide ad capulum est oblinendum. Quod si telum, quo vulnus factum est, non sit ad manus; aliud instrumentum Vulneri imprimendum est, quod isto delibutum unguento, ex lege præscripta, obligandum est. At non apparet, quàm altè Vulnus infixum sit? integrum telum, ne quid æger periculi patiatur, obline. Sin appareat illam partem, quæ cruentata est, sic curato. In cura & medela tibi maturandum est? sæpius ex præscripto illine: Sin maturato non est opus, biduum sine noxa & penè triduum potest inter obligationem novam intercedere. Æger interea justis intervallis hoc agat, ut

Vnguentum Armarium.

manè vel urinâ suâ vel pura aqua, vel Vino Vulnus eluat, depuret, & linteo puro obliget, nec aliud quid ad Sanitatem curet. Talis ferè Virtus est in Persicaria, qua Vulgus etiam medetur sibi, & rustici etiam salutem quærunt in Vulnerum curatione.

Magnetis Naturæ Sympathici ac Antipathici potentia ad plurimorum milliarium intervallum protenditur. Antipathia.

Ecce tibi nunc arcanam rerum convenientiam, Naturæque continuationem inter Corpora, quanto intervallo à se invicem dissidentia? Eadem est vice inversa rerum mutua quadam affectione sese aversantium *Antipathia*, quam alij *discordiam* vocant; alij *inimicitiam*. Atque harum qualitatum Virtutumque nexus occultè benevolos, aut dissidentes à se mutua quadam simultate, qui in abstrusissimis arcanæ Rerum omnium Parentis penetralibus supra vulgi captum perspicit, iisque occulto modo utitur, & vulgo incredibilia præstat, quæque non nisi malorum Geniorum, quos *Paredros* vocant, adminiculo subsidioque edi videantur, ille *Magus est*.

Magus quis sit.

At non istud vi occulta & contactu incorporeo Magnetico fieri, etiam qui non indocti habentur vulgo, contendunt: Et naturaliter volunt, Vulnus depuratum, mundatumque à Natura consolidari, quæ nunquam ociosa, sed sui ipsius conservatrix sit; cætera verò quæ adhibentur, ceremonias esse confictas in speciem, & delusorias. Falsi sunt & infelices, quibus persuaderi nequit, ut ex *Antipathia* Cælestium superarumque facultatum erga res inferiores & corporeas nascitur occulta quædam resistentia, quæ Virtus naturaliter satagens non potest in objectum deferri; sic etiam ex Cœlestium desuperque influentium virtutum, cum rebus inferioribus & terrestribus *Sympathia*, quandam conciliari rerum inter se conspirationem, quæ in hac Mundanæ Cognationis consanguinitate quasi, occulta quadam affinitate agant inter se mutuo.

Miseri Naturæ plagiarij, & Scholasticarum gerrarum crepitacula! quid ad illud è manifestis *Alexandri* afferent qualitatibus? quòd tam insigni dissitus æger intervallo Vulnus suum affici sentit & alterari, quod ajunt, pro ut telum tanto spacio, quod dixi, remotum,

vel delibutum est vel obligatum. In confesso enim est, ut telum sive malè fotum, sive aëri calidiori frigidiorive est expositum, sive curatum probè & temperato loco asservatū, ita Vulnus etiam & dolores increscere, vel leniri & foveri. Cujus rei toties factum est periculum, ut qui neget, ille diem neget, cùm Sol in Horizonte nostro supra verticem lucet.

Age si vires, cur non idem sanat etiam Crurifragium, nisi simplex illud Specificum Medicis probè notū, ingredientium unum in hac compositione sit? Quid de *Mumia Microcosmi Maguetica* habendum? quæ salubre Philtrum est ipsissimum (quicquid malè feriati quidam argutiunculis suis, philtrum salubre in Natura dari pernegent; ipsâ *Experientiâ*, inexpertos illos loqui, arguente, omnesque eorum Syllogismos & jejuna de hisce Sophismata, ut aranearum telas averrente) quo inimici reconciliantur sibi invicem, & cōcorditer, ac peramāter rursus cōjungi possūt. Exeste quotquot estis Naturę Mastyges & gerrarū Scholasticarū vos tandē pudeat. Verùm de hisce in *Biolychnio nostro* aliquanto uberiꝰ disseruimꝰ.

Sed cum iis agimus, qui in pervulgata philosophandi ratione non tantum exercitati sunt: sed qui relictis, id genus Scholasticis velitationibus ad formarum abstractarum abstrusarumque à concretione corporum propriorum, quibus insunt, Virtutumque separatarum Speculationem se jam olim contulerunt, ex quibus est ista subterlunarium cum translunaribus combinatio, & mysticè ideata connexio. Hinc primum hujus Philosophiæ secretioris tyrocinium est in eruditione, de occulta Elementatorū cum Elementaribus & Cælestibus familiaritate, & inexplicabili connexionis disjunctionisque vinculo. Herculea enim est rerum quarumcunque in hoc *Naturæ Universo* sive amicitia; sive odium inter se Vatinianum. Hinc illa Sympathica remediorum cum rebus concordibus commissio auspicatissima; antipathia verò cum discordibus dissensio: Animalium, Vegetabilium, Mineralium.

Sympatheias definitio.

Sympathian dico nihil aliud, quàm Naturæ convenientiam quandam, à conservatione Virtutis unius ad alteram

teram: *Antipathiam* verò communem affectionem duabus aut pluribus rebus mutua inter se invicem repugnantiâ discordantem. Talis est in Natura hac Macrocosmica aëris hujus & illius, cum hoc vel illo sive concors continuatio, sive discors dissensio: de pestilenti & salubri dico. Quod de Aqua item habendum: Et de Terra non minus. Sunt enim Terrarum quædam Alexipharmacæ: aliæ venenatorũ fertilissimæ. *Cretam* ajunt & *Hyberniam* non alere Venenata; *Cyrenensi* agro nihil est feracius animalium venenosorum. In *Africa*, tum frequentes, tum immanes sunt bestiæ reptiles.

Antipatheiæ definitio.

In Natura Microcosmica, alia est participatio affectus unius erga alterum; qualis est parcum cum paribus: alia est resistentia inter se gentium & nationum; qualis est *Hispanorum & Bilgarum; Polonorum & Moschorum, Gallorum & Anglorum.*

Partitio Sympatheias & antipatheias.

Atque hæc est Naturæ cognatio vel repugnantia mutua vel earundem specierum inter se, vel diversarum. Earundem specierum est, hominis cum homine; leonis cum leone amicitia & inimicitia. Vel diversarum specierum est. Talis est Delphini & hominis concordia; odium verò inter hominem & viperam. *Panthera* homini est inimicissima; Pantheræ *Hyæna*, cujus pellis si cum illius etiam committatur, illius depilari affirmant.

Et diversarum quidem specierum alia inter se non discordant; aliæ autem vehementissimè. Sic quidam *Sorice* viso, non nulli *araneo* conspecto toti inhorrescunt.

Alij *felem* abominantur: sicut ille, qui non visâ etiam bestiâ, quæ in conclavi delitescebat, in convivio non tãtum toto corpore inhorrescebat, & sudore tantùm non diffluebat, sed animi etiam patiebatur deliquium.

Talis *Psyllorum* est *Marsorumq;* natura, serpentib. contraria. Idem de individuorum inter se consentientium dissentientiumque natura statuendum est.

Sed de Animalium naturali inter se concordia repugnantiaque sparsim aliquid licebit apponere, quæ in suam quæque classem facilè seponet quilibet. Et levior quidem est eorum pugna natutalis animalium, ob idem pabulum, qualis est mustelæ & muris: Quo-

Sympathiæ & Antipathiæ Animalium.

rundam est pugna quædam acrior, quæ à pastu arcent alia, tametsi ea non vescuntur eodem: talis est canis & lupi. Vel aliud animal alterius esca est: Atque inter hæc pugna est propè acerrima: talis est Vulpis & gallinæ; felis & muris; milvi & pulli; aquilæ vel accipitris & columbæ; multarumque avium; ciconiæ & renarum, itemque serpentum; lupi & agni.

Sunt enim genera quædam, speciebus quibusdam communia, unde quædam earundem oritur convenientia: Et quædam item contrariæ generum differentiæ, ex quibus inimicæ quædam oboriuntur species. Hinc individuorum illæ inter se inimicitiæ. Videtur enim gallina milvi hostilem speciem, itemque columba accipitris connatam secum gerere imaginem.

Sicut animali cuilibet videtur innatum quoddam pabuli simulacrum, quòd ei cibus ad tuendam vitam esse debeat: & veneni item impressa quædam notio, ut illud fugiat. *Lacertam* amicum homini ferunt animal: Salivam enim hominis lambere, & puerorum manibus impunè tractari; & quod mirere, cùm serpentem insidiari sentit homini, circumcursare & strepere, & collum ac faciem irreptare, scalptuque unguium è somno excitare hominem, ut hostem in herba & insidiis latere intelligat, seque periculo eximat. *Crocodilus* infestissimum homini animal, quem totum deglutit, haustâque, si credimus, aquâ semitas lubricat, quibus è Nilo hausturi aquam descendunt, ut in fugæ collabantur. Crocodilo *Delphinus* hostis est, & *Ichneumon* etiam, qui cum *Aspide* bellum gerit irreconciliabile. *Elephantus* erga hominem amicè affectus est: idem verò *murem* odit adeo, ut à pabulo abhorreat etiam, in quo murem conspexerit. *Draco* est homini naturâ infestissimus: *Aquilæ* rursus cum Draconibus sunt irreconciliabiles. *Canis* cum homine mirabiliter consociatur. *Lupis* & hominibus perpetua est inter se contētio, adeo ut ad lupi obtutum etiam vox hominē deficiat. Nimis enim temerarij illi, qui ferulis castigari volunt mendaciorum assertores: Non credunt, visis lupis homines obmutescere. At quàm morosi sunt, qui de omnibus in universum dici volunt, quod

Refutatio eorum qui negant homini vocem constringi viso lupo.

quod de paucis & singularibus assertum est? Visus es à lupo, nec ille à te, aut tu illum vidisti sine jactura vocis? Non equidem repugno. Nam & nos lupum, & alij, aspeximus: tantum abest, ut nos obmutuerimus, ut ille potiùs nobis visis obmutuerit & fugerit. Sed nec de omnibus lupis, nec de quibusvis hominibus, nec quolibet tempore, quovis loco habendum est, quod de quibusdam lupis, & nonnullis hominibus, & de ítato tempore & suo loco intelligitur, ut hîc alibi diximus.

Araneus domesticum est animal homini; *Bufoni* verò exitiale. Libet historiam hoc loco ut veram, si raram *Antipathiæ* hujus attexere. *Coloniæ Agrippinæ* mercator fuit locuples, quem in vivis esse etiamnum ajunt, hortus ei erat urbanis ædibus attiguus. In hunc cum se animi relaxandi ergo contulisset cum socio quodam, videt uterque *Bufonem*, nescio quo loci prorepentem; immi- *De araneo & bufone rara historia.*
nebat desuper in reticulo *Araneus* visendæ magnitudinis, qui filo demisso visum *Bufonem* feriebat. *Bufo* repente toto corpore intumescebat, & ægrè ad *plantaginem* ibi in propinquo, notum sibi alexipharmacum, regreditur: gustatâ *plantagine* desedit tumor è vestigio: mox ille notas nescio quas latebras repetit. *Araneus* iterum desuper imminet, & ut antea, invisum sibi caput ferit. *Bufo* inflatur rursus veneno subitò, & mox ad *plantaginem*, consuetum sibi antidotum, quo potest conatu, prorepit, gustatâ herbâ venenum diluit & dissipat. Tertium immemor sive periculi, sive *plantagine* fretus, noto pharmaco, infaustum iter remetitur: ubi ad locum pervenit, iratior derepente instat *araneus*, & exosum hostem vulnerat. Speculabantur novitate rei insigniter & jucunditate etiam permoti mercatores, & placet exscindi ac tolli plantaginem: Interea adrepit *Bufo* totus jam tumefactus, & frustrà solitam opem requirit, herbâque non inventâ, medius crepuit & extinctus est.

Simile aranei cum busone Antipathiæ atque pugnæ exemplum ab *Erasmo* proponitur in hunc modum: *In Anglia*, ait, *Monachus quidam fascículos aliquot scirporum in cubiculum congesserat, sparsurus, pro more Regioni solito, cùm esset commodum. Is cùm à prandio supinus dormi-*

ret, bufo ingens erepsit, & os dormientis obsedit, infixis supero & infero labro quatuor pedibus. Detrahere bufonem certa mors erat; non amoveri, quiddam erat morte crudelius. Quidam suaserunt, ut monachus ad fenestrā deferretur supinus, in qua ingens araneus habebat telam. Factum est: mox araneus hoste conspecto, filo se librat, & bufoni spiculum infigit, ac filo se recipit in telam. Intumuit bufo, sed non est avulsus: Repetitur ab araneo; magis intumuit, sed vixit. Tertiò ictus abduxit pedes, ac mortuus decidit. Hanc gratiam araneus retulit hospiti suo in summum vitæ discrimen adducto.

Mirabile ac memorabile quid *Londini Angliæ* Metropoli accidit ante quatuor vel quinque plùs minùs annos. Ibi quidam æstivo sole in umbra, sub arbore quadam, in suburbano apricans dormiebat, cujus collo serpens justa magnitudine circumnexuit. Iter hâc faciebant *Nobilis* quidam cum pedisequo suo & *Civis*, qui casu vident insolitum spectaculum. Illi hominis illius dormitantis miserti, consilium capiunt, quo medio bestiam illiam exitialem absque periculo hominis removere possint. Placuit, ut famulus ollam lacte plenam è rustici in vicinia habitantis asportaret ædibus, quod serpenti deguſtandum apposituri erant. Interea dum abit famulus, araneam filo è ramo arboris demitti, serpentis capiti insidere vident, serpentem verò ex ictu derepente langueſcere, de collo hominis spontè decidere, homine à stertendo nihil remittente & nihildum sentiente. Accedunt mox, hominem expergefaciunt, serpentemque jam emortuum obstupescenti penè ostendunt.

Simius supra modum horret *testudinem*. De quo ita scribit *Erasmus*: *Quidam*, ait, *Romæ puero suo in verticem imposuit testudinem & pileo contexit: dein produxit ad Simium. Illicò Simius gaudens insiliit in humeros pueri, venaturus pediculos: Sublato pileo reperit testitudinem. Mirum erat spectaculum, quanto cum horrore resilierit bestia, quàm expaverit, quàm timidè respexerit, an sequeretur testudo.*

Aliud ab *Erasmo* narratur in hanc sententiam: *Alligavimus*, inquit, *Testudinem Catenæ, à qua revinctus erat*

Simius,

Simius, ut effugere non posset, quin saltem aspiceret. Incredibile dictu, quantoperè fuerit discruciatus: non tantùm non metu exanimabatur: interdum aversus posterioribus pedibus depellere tentavit hærentem bestiam: Tandem quicquid erat in alvo & vesica oneris, rejecit. Secuta est ex eo pavore Febris, ut nobis fuerit solvendus à catena, & aquâ vino temperatâ refocillandus.

Mirè junxit arcanus quidam benevolentiæ affectus *Pavones Columbis*; *Turtures Psittacis*. Hinc scribit *Sappho* ad *Phaonem:*

Et variis albæ junguntur sæpe columbæ,
Et niger à Viridi Turtur amatur ave.

merulas turdis; *Cornices ardeolis*, qui sibi invicem auxiliantur adversus vulpium genus. *Balænis musculus* piscis exiguus amicus est; prænatans monstret viam, nec apparet, quam ob rem illis velit inservire.

Alia etiam diversa est animalium cum vegetabilibus; & vegetabilium cum animalibus ἀντιπάθεια. Talis est *serpentis* & *fraxini* repugnantia, quâ ejus umbras & matutinas & vespertinas, cùm sint levissimæ, procul fugit: adeo ut expertum, quod mireris, affirmet *Plinius*: quòd si gyro ex ea fronde & igne claudatur serpens, in ignem potiùs, quàm fraxinum ille fugiat.

Mulier fluxu sanguinis menstrui infecta vinum, cerevisiam, lac corrumpit: specula etiam inficit. Lingua serpentis cerâ pugnatâ, quam *virgineam* dicunt, involuta, in equi aurem immissa, prosternit illum & penè exanimat, qui non nisi sublatis iis, restituitur suis viribus.

Talis partium inter se similium est inimica oppositio; ut *sanguis* ab aqua secretus & in Sole siccatus ac contritus, coërcet fluxum sanguinis; abhorrente scilicet Natura à simili, immutato in formam aliamque ἀλλοπάθειαν. Pulsatum de *pelle lupi* tensum aliquod tympanum, obmutescere facit aliud de *pelle ovina* intensum. Sic fides de *lupi intestinis* tensæ, cum *ovinis fidibus* in testudine pulsatæ nullam edunt harmoniam. *Cancri* & *pulli* nondum ex ovis excluſi, *fulguris* coruscatione perstricti, exanimantur: *lac* coagulescit; *cerevisia*

acescit

aceſcit à *fulgure* illuſtrata. Quod ſi Chalybis & ſalis aliquantulum vaſis ſuperimponas, nulla erit noxa à fulgure: Quæ ad aliam peculiarem claſſem releganda ſunt.

Rerum inanimatarum inter ſe pugna

Alia eſt rerum inanimatarum inter ſe pugna vel amicitia. In teſtudinis fidibus eſt deprehendere ad oculum: Vni fidium ſuper impone feſtucam vel præſegmen ſtraminis aliquod. Ad Symphoniam vis fides conducere? non movebitur feſtuca, quandiu diſſidet à fide alia, quam vis cum illa concinere: ubi concinit, repentè agitatur, ac impellitur non impulſa etiam, exſilitque à concentus mota ſpiritu.

Venenorum antipatheia mutua.

Quin & ipſis inter ſe Venenis haud convenit. *Scorpius*, ſi per *aconitum* repat, palleſcit & obtorpeſcit. Alia itemque herba ſcorpio eſt noxia, cui *Ceraſtes* nomen, ut qui ſemen ejus modò contrectarit digitis, impunè quemvis manu verſet ſcorpium.

Animalium cum vicibus temporum ſympatia & antipathia.

Alia eſt omnium animantium ſua cuilibet, cum ſtato quadam tempore & viciſſitudine ejus συμπάθεια & ἀντιπάθεια. Feræ multæ in ſilvis in latebras hyberno tempore confugiunt: Aves multæ cœlum æſtivum petunt apud Antipodas: abeunt, redeunt ſtatis temporibus: in paludes ſeſe mergunt, ut vere proximo reſuſcitentur. *Luſcinia*, *Cuculus*, aves aliæ ſtatis vicibus cantum edunt & premunt. *Milvi* à ſolſtitio podagra afficiuntur. *Corvis* ægrè eſt ſexaginta diebus, à Siti maximè, antequam ficus autumno coquantur.

Præſentiunt Animalia quædam oborientes, paulóve ſecuturas tempeſtates, contagiones, aliaque ſimilia, utpote *Marini pulmones* hyemen pelago ingruentem: *Delphini* ſereno mari laſcivientes ventum, ex qua parte veniunt; ſpargentes aquam turbato mari, tranquillitatem. *Lelligo* volitans; *Conchæ* adhæreſcentes, *Echini* affigentes ſeſe vel arenâ corpus ſaburrantes, tempeſtatis ſigna edunt. *Ranæ* ultra ſolitum vocales; *Mergi anateſq;* roſtro purgantes ventum indicant, ut & aquaticæ aves concurſantes; *Grues* in Mediterranea feſtinantes; *Mergi* in ſtagna vel maria fugientes. *Grues* ſilentio per ſublime volitantes ſerenitatem, ut & *Noctua* in imbre garrula; ut ſereno, tempeſtatem nuntiat. *Corvi* ſingultu quodam

croci-

crocitantes, alasque complodentes, ventos; si carptim auram resorbent, ventosum imbrem. *Hirundo* juxta aquam volitans, ut eam stringat, aut percutiat pennâ; *Anseres* continuo clangore intempestivi; *Ardea* in mediis arenis tristis; *pecora* exultantia & in decora lascivia ludentia; *Boves* cœlum olfactantes, seque lambentes contra pilum; *Porci* alieni sibi manipulos fœni lacerantes; segniter absconditæ *formicæ*, vel concursantes & ova progerentes; *Vermes terreni* erumpentes &c. eandem Tempestatum significationem habent. Aëris infectionem *passeres* prævident, cùm discedunt. Simile de peste sumendum est judicium, quæ cùm invalitura est, maculas nigras ajunt apparere in linguis *ranarum*. Quòd si eædem præter consuetum morem in unum coëant, & conglomerentur in unum quasi cumulum, certò protendi volunt, multos confertim homines peste extinctos, in unam foveam conjectum iri: Quod & in *Biolychnio nostro* innuimus.

Sic & *glires*, quod magis novum meritò videri possit, antè trimestri etiam spacio ruinosas ædes deserere observatum est, quàm collapsuræ essent; & tanto tempore, nescio quo naturæ instinctu, præsensisse contignationem dissolvendam, compagemque totam pollum ituram.

Vegetabilium Classem si percensеamus: non minora Sympathiæ atque Antipathiæ mysteria ubique erunt obvia. Ineffabilis est familiaritas inter *Oleam* & *myrtum*. Nam, ut refert *Androcius*, Myrti brachia virgultaque jucundè per oleam repunt, ac ambarum radices mutuo amplexu amicè sociantur, nec alia planta, præter myrtum, juxta oleam magis assurgit. Magna est *asparagis* societas cum *arundine*; unde in arundinetis optimè seruntur, ibique lætiores proveniunt. *Vitis laurum* non amat, quia ejus odore inimico & afflatu inficitur, adeo ut germen vineæ, si ad laurum inclinet, contrahi & quasi retrocedere deprehendatur, inimicum fugiens odorem. Eadem *Vitis*, cùm brachiis suis omnia complecti soleat, *brassicam* refugit, & perinde quasi sentiat, in diversam partem sese avertit. Est enim bras-

Vegetabilium mutua Sympatheia & antipatheia.

sicæ

sicæ succus vino in festus & ebrietatem amolitur. Arcanum est inter *lilium & allium* commercium, adeo ut in propinquo nascentia mutuò sibi gratificentur. Nam allio plus est vigoris; & lilij flores suaviùs olent. Ne quid multis hîc insistam *Conjugiis arborum*, quarum fœminæ sterilescunt, nisi in propinquo sit mascula.

Bartholomæus Carrichterius *ficus & fructus halicacabi* seu *alkekengi* tantâ erga se invicem pollere tradit Antipathiâ, ut utriusque mixtura in venenum abeat pernicioſissimum (quod cani propinatum eum faciat crepare medium) quam mixturam emplastri adinstar Anthraci vel Carbunculo pestilentiali applicatam, omnem illius malignitatem magneticam vi evocare, attrahere & in se absorbere affirmat.

Colligant hinc & consulant sibi ex hoc uno Pharmaci compositi veneno insigni, cujus partes in usu medico singulæ sunt innoxiæ, illi qui tot compositionum heterogeneorum utuntur præscriptionibus ac formulis, quanti sit res periculi, ex tam diversis & toto genere dissimilibus herbis, & inter sese pugnantibus, propinare conferta pocula: Cùm in eodem frutice etiam tam dispares sint qualitates, & in commissis unius ejusdem partibus tanta sit sæpe dissensio, ut in venenum abeat præsentissimum, quod ex iis est compositum. Væ miseris illis, qui *Arabiam & Britanniam*, *Americam & Europam*; *Chinam & Scythiam* confundunt in cura, quæ non nisi simplex aliquot poscit antidotum. Ad scrutationem ergo penitiorem *occultæ*, quæ in herbis & partibus earundem, *cognationis & dissensionis* eundum, & juxta hanc normam, remediorum formulæ velut ad *lapidem Lydium* examinandæ: Quâ præmissâ felicior omnis cura erit & salus ægrorum tutior. Sed distinctiùs multò habebis omnia, & si libet uberiùs in *Aurora seu Phosphoro nostro Philosophico & Medico*.

Sympathia vinorum vetulorum mirabilis est, quæ in doliis effervescunt fæces movent & turbantur eo tempore, cùm vites florent & gemmas protrudunt.

Miram etiam Naturæ Sympathiam ac Antipathiam animadvertes in vegetabilibus & plantis, quæ in alio

atque

atque alio ſolo, utpote ſibi magis appropriato ac amico prodire ac germinare ſolent. Populus, Salix, Perficaria amat aquas. Trifolium, Satyrion, herba Paralyſis prata. Origanum, Chamæpytis montes. De quo Virgilius:

Sympathia & Antipathia vegetabilium cum hac vel illa terra.

Hîc ſegetes, illic veniunt feliciùs uvæ,
Arborei fœtus alibi, atque injuſſa vireſcunt
Gramina. 1. Georg.

Et rurſus:

Nec verò terræ ferre omnes omnia poſſunt.
Fluminibus ſalices, craſſiſque paludibus Alni
Naſcuntur; ſteriles ſaxoſis montibus Orni.
Littora Myrtetis latiſſima: denique apertos
Bacchus amat colles: Aquilonem & frigora Taxi. 2. Georg.

De hac naturarum ſingularum inter ſe concordia, diſcordia ſic habendum eſt: In terra eſſe plantarũ principia & cuncta ſemina: Cujus diverſitatis cauſa eſt 2. Georgic.

Quippe Solo Natura ſubeſt. Hoc eſt, pro ratione Temperamenti & amica conſpiratione ſuperiorum & inferiorum, Natura quæque ſuis locis producit: atque alia quidem ex aëris conſtitutione circa aquas & flumina; alia in vallibus, ubi aëris craſſioris à radiorum Solarium non porrigitur plena digeſtio. Aliâ ſunt aëris temperie colles; aliâ montes. Variæ item influentiarum ſunt prævaricationes, ſiderum aſpectus, Eclipſes, quæ omnia annonæ calamitates, ſterilitates & defectus, bella, incẽdia, morbos & mille infortunia pariunt.

Vegetabilium certis quæque temporibus prodeuntia.

Nam quæ non à ſiderum ortu occaſuque, in plantis ſunt conſpicua, quod ad earum ortum, florem, vigorem, interitum obſervandum eſt unicè. Quædam enim *Vere*; quædam *Æſtate*; quædam *Autumno* germinant, ſuoſque fructus edunt: Nonnulla ſub initium, mediũ, vel finem *Veris*, *Æſtatis*, *Autumni*: Alia in *Cancro*, alia in *Libra*, *Virgine*, aut *Leone* &c. oriuntur, & in lucem aſpectumque hominum prodeunt. Veratrum *Brumâ* floret etiam: Sic Petroſelinũ Macedonicũ, Crocus. Favoniis ſpirantibus Thymelæa, viola alba, Narciſcus. *Faba* florens apẽ evocat. *Moro* efflorescente à frigore nihil ampliùs periculi. Quod autem *Virgulæ* ſit ex *Corylo* ſectæ ſtato tempore, cum me aliis occultum amicitiæ vinculum, alibi fortaſſe

tasse pleniùs dispiciendum est.

Mineralium concordia vel discordia.

Mineralium ac Metallorum officinam paucis perlustrabimus, in qua non laxior singulorum inter se vel conjunctorum amicitiæ nodus est: pugnantium autem efficacior manifestiorque discordia. Quod manifestum est illis, qui *Chymicorum Lycæa atque Officinas* frequentarunt studiosiùs. *Argentum vivum auro* amicum, cætera metalla non transmittit & sustinet, auro cedit, ut subsidat: Innatant enim ipsi omnia metalla, excepto auro id solum ad se trahit & complectitur. *Lapis à fulmine evibratus* tempestatem futuram sudore ac madore suo præsagit. *Coralli rubei* à menstruosis gestati mulieribus, ubi homini cuipiam morbus aliquis imminet, pallore, qui ex mira ac latenti Naturæ Sympathia sese prodit, morbum aut præsentem aut instantem denunciant. Stupendam *Sulphuris & Nitri* quis ignorat ἀντιπάθειαν nisi qui pulveris pyrij fabricam ignorat & horrenda tonitrua. Congener huic est illa repugnantia in *auro illo volatili*, cujus exigua portiuncula flammæ, aut cuivis alij calori propiùs admota, vel ferro in cautiùs tractata, fulmen instar tormenti bellici violentissimum ejaculatur: Cujus Violentiæ inimicissimæ rationem reddere norunt *Pyrotechniæ* Consulti artifices. Haud magis *Sali armoniaco & Nitro* inter se convenit: Quod experiuntur illi, plerunque non sine damno, sæpe cum vitæ periculo, qui *Aquam* illam, quam *Cæsaris* vocant, sive *Cæsaream* (*Cerbeream* debebant ac *Plutoniam* appellare) ad Auri solutionem inde studeant elicere. Nos levi tamen stratagemate omne periculum evitamus.

Spiritus Vini & Vitrioli uterque ad extremam subtilitatem correctus, si commisceantur invicem, ex Antipathia naturali uterque de summo puritatis & subtilitatis gradu deturbatur, & momento mixtionis, pro limpidissimo liquore, materia picis instar concreta & nigra deprehenditur. Ejusmodi prodigiosa & stupenda passim obversantur Spectacula Artificibus, dum resolutionibus Mineralium & Metallorum, earundemque mixtionibus intenti sunt, quæ invitis etiam & aliud elaborantibus, novo ac miro eventu sæpe numero occurrunt.

runt. Verùm de hiſce & accuratiùs & pleniùs in *Balneo noſtro Dianæ* ex inſtituto agendum eſt.

Porrò corporibus quibuſdam Naturalibus Virtutes, quædam inſunt Magneticę peculiares ad defectus morboſque ciſpellendos, quas *Magneti illi Naturæ Catholico Sympathico atque Antipathico* per omnes rerum naturalium familias diffuſo, cum Philoſophis Hermeticis meritò aſcripſeris. Qualis eſt *Scorpio* ad propriam inflictam plagam ſanandam. Talis in *buffone* exiccato eſt ad extrahendum Venenum Anthracis vel carbunculi peſtilentialis: In *rana* contra ictum animalium venenatorum: in *pediculis* ad phthiſin: in *anguilla*, quæ Germanis Schleij eſt, ad Icterum, pectoris ægroti admota regioni. Omnem enim bilem in habitum corporis effuſam attrahit & ab Icteritia liberat. *Aranea* nuci avellanæ incluſa, & de collo ſuſpenſa, peſtis eſt malignarumque febrium inſigne amuletum Magneticum. *Aſſalides* ſpecifica ac tranſnaturali & incredibili penè ſunt facultate ad calculum in renibus ac veſica comminuendũ, & in mucilaginem excretioni idoneam reſolvendum. Eadem eſt virtus Magnetica ac ſpecifica *Cancris* ad Canis rabioſi morſum: *Talpis* ad panaritium ſeu Paronychiam: *Craneo humano* ad Epilepſiam: *pulmoni Vulpino* ad pulmonum affectus: *Serpentibus oleo præfocatis* ad maligna ulcera: *pellibus alum ſilveſtris* ad ſtomachi imbecillitatem & βραδυπεψίαν: *ſanguinis hirundinum* ad Epilepſiam: *Teſtis ovorum*, è quibus pulli excluſi ſunt, ad calculum: *Sanguini turturis* ad Apoplexiam & paralyſin. *Bufo vivens* pelle involutus & Cancro applicatus, malignitatem ulceris magneticè attrahendo (vi ſive Antipathica, ſive Sympathica, nihil intereſt) Cancrum perimit: Eandem vim *ſanguini Menſtruo* ad radices ac fomites ulcerum malignorum chronicorumque tollendas ac evellendas non nulli attribuunt.

Vires Magneticæ ac ſpecificæ Animalium.

Idem *Sanguis Menſtruoſus* ſpecificum quoque ad Eryſipelas commendatur remedium.

Tranſeamus ad Vegetabilium Claſſem, in qua eundem *Naturæ Magnetem Sympathicum Antipathicúmve*, morbis quibuſdam adverſantem deprehendemus. Hac

Vegetabilium Vires ſpecificæ ac magneticæ.

siquidem ratione *Pæonia* ad Epilepsiam commendatur: *Guajacum* ad luem Veneream: *Sambucus* & *bryonia* ad affectus hydropicos & hystericos: *Chelidonia* ad Icterum: *Crocus* ad cordis affectus: *Persicaria* ad Vulnera: *Helleborus* ad affectus Melancholicos: *Lentes* eorumq; decoctum ad Variolas & morbillos. Non ita pridem Gummi quoddam ex Indiis allatum est, quod nec dum multis innotuit (*Guttam gemu* vulgò appellant) quod remedium planè specificum ad Hydropem à nobis aliisque non nullis salutari experientiâ sæpius deprehensum est. De quo nuper per literas mecum egit D. Nævius, ex quibus quæ sequuntur, huc afferre placuit:

Gummi Gutta gemu *noviter inventũ.*

De novo illo noviter à te nobis edocto, fateor, mi Burggravi, medicamine, quod alij Guttam gemu, alij Gotha gemi, alij Gittha jemu, vulgò Catagauma appellant, è Botanicis, quod sciam, nemo aliquid memoriæ prodidit. Tu ergo primus esto, qui illud describat. Hoc enim pharmacum sincerum Promethei ferula, Diis Barbaris abreptum, Pyxidi, sed non Pandoræ Epimethei, Hermeticæ inclusum, instar Catholici alicujus, præ Dictamno & Panacæa, etsi Amwaldina; instar & Odysseias Homeri Alexandri pulvinari substratæ, vel sinu gestatæ, thecam nostram semper in promtum usum occupare deberet. Omnem saburram Cachectici cococlymiciq; corporis, sentinamq; omnem vitiosorum humorum è meditullio viscerum evellit & evacuat radicitus, ut ne eo quid melius. Catharticum hydragogum creditur vulgò, approbante id experientiâ. Nosti enim tu, quot eo hydropicos curavit Iacobus Werckhorstius *Lugdunensium ille Empiricus. Novi ego, quod tu similiter paucis hujus dosibus, instinctu Nobilissimi Domini* Caroli à Sternsee &c. *Apothecarij Rochæi uxorem, puerperio attenuatam, febre quartanâ labefactatam, tandem marcore exossem, attamen Anasarcâ ad desperationem multorum aggravatam, resumtis Viribus* A. D. O. M. *ex mortis faucibus, ante obitum mariti evulseris. Quid opus est verbis? rerum testimonia adsunt. Vino vendibili ne quidem opus sit hederâ. Amurcam & seminarium omnium Pathematum Corporalium expurgat unicè hoc gummi: mineras tartareas universaliter, simul & sulphureas eluit ad miraculum Coloseum. Nequidem*

aliàs symptomata noxia ex assumto hoc vidi secuta, quàm in fœmina prægnante sex mensium febricitante, quæ juxta hypogastrium dolores eximios sensit: Et in alia phthisica, quæ parum à letheo fonte aberat (per me tamen restituta cum bono Deo) ex importuna καθάρσει Empirici, sine examine Methodico & Dogmatico; in hac contra Aphorism. Hippocr. 8. sect. 4. in illa contra aphorism. 34. sect. 5. In aliâ itidem Tympanitide affectâ, quæ ob circumgyrationem Eurypæam flatulentorum borborygmatum graves utcunque dolores percepit, usquedum post sedem unam atque alteram cum euphoria molem aquæ citrinæ dejiceret. Attamen ego & in prægnantibus, phthisis & Tympaniticis usus sum commodè sæpe cum delectu.

Addo aliquid de Pharmaco quodam Minerali, quod πανκαθαρτήριον lubet dicere, ex epistola eadem D. Nævij, quo per me tradito aliquot sibi titulos ait comparatos, à curata lue Venerea inveterata, & pleuritide sine Phlebotomia, ac profligatis variorum morborum, ut ait, myriadibus. Inter cætera insigne & rarum est, quod testatur, de curata quadam juvencula, quæ præ nimia & furiosâ quadam Cephalalgia & æstu febrili caput sibi dissecari voluerit, è quo istâ medelâ per nares, teste puellâ, marito constanter asseverante, approbantibus vicinis, exacta sint varia animalcula, primùm reptilia, mox volucria; muscæ papiliones, scarabæi, mordellæ, fuci, vespæ & crabrones etiam: & tandem depulsis eodem remedio morborum aliorum symptomatis, pristinæ sit restituta Sanitati.

Talia quàm plurima ad Herniam, fracturas ossium, Epilepsiam, alioſque morbos quàm plurimos, Magneticarum virium, è vegetabilium familia produci possunt Pharmaca specifica, quæ operosum esset nimis omnia huc afferre. Sic bilem trahunt *Rhabarbarum, Scammonea, Euphorbium, Aloë:* Phlegma *Colocynthis, Agaricus, Semen Carthami:* Melancholiam *Sena, Myrobalani Indi, Epithymum, Polypodium.*

Si quis plura desideret, consulat Medicos, qui ex professo pertractarunt hâncce materiam: Omnia enim illa huc afferre non est nostri instituti.

De Mineralibus & Gemmis.

Mineralibus quin etiam ac gemmis longè singularis ineſt vis adverſus morbos quoſdam peculiares. *Arſenicum & argentum vivum*, amuleti inſtar de collo ſuſpenſa geſtantur adverſus Peſtem: Lapis, quem *Nephriticum* appellant, ad calculum, cujus inſignis effectus nobis probè innotuit. *Hæmathites* ad hæmorzhoiam: *Æthites* ad partus difficultatem: *Lapis buſonis* ad venenatos tumores: *Margaritæ* ad cordis affectus & omnium virium languorem: è quibus *Tinctura* vel eſſentia planè lactea elicitur ope Artis Spagyricæ, qualem in *Anglia* apud induſtrium quendam Artificem vidimus, eâdemque plures Phthiſicos, aliiſque morbis penè incurabilibus ac chronicis affectos, ubi promtâ virium reſtauratione opus eſſet, priſtinæ ſanitati reſtitutos fideli memoriâ etiamnum tenemus. *Coralli* ad atræ bilis illuſiones & affectus melancholicos, è quibus *Tinctura* Pyrothechniæ beneficio ad prædictos affectus nobiliſſima educitur. *Mercurius* Spagyricè paratus ad luem veneream, cæteroſque nonnullos Chronicos ac invictos affectus edomandos promtum eſt remedium ac planè ſpecificum. In *hirundinum* pullis primogenitis duo reperiuntur *lapilli*, quorum qui candidus eſt, Epileptico appoſitus, morbum levat; rubeus è corio corvino alligatus, perſanat. *Expertus Cardanus*. *Lapilli* Menſe Martio in *bovis ventriculo*, nec non Menſe Majo in *veſica fellis tauri* reperti, ſpecifica quoque adverſus calculum ſunt remedia. *Aurum* ad Lepram: Crudum enim ſi deglutiatur à leproſo, ad tempus lepram facit evaneſcere; excluſo verò illo cum excrementis per alvũ, lepra denuo ſe prodit.

Quid faceret, ſi Philoſophica auri inſtitueretur præparatio? *Hydrargyrum* ad interimendas alvi tineas, palpebrarum, atque eos, qui in locis ſecretioribus ſtabulari ſolent pediculos facultate pollet ſpecifica. *Saphirus* adverſus anthracem & Scorpinum ictus. *Smaragdi* mira eſt adverſus libidinem & fornicationes ἀντιπάθεια: itemque adverſus Epilepſiam: *Jaſpidis viridis* ad Stomachum.

Eſt porrò cognitum & perſpectum nobis Minerale quoddam, quod levi præparationis ſpagyricæ artificio,

tam

tam pollenti potentiq́ue virtute induitur, ut aërem pestilentialem, inquinatumq́ue quemvis alium adeo defœcet salubremq́ue reddat, ut etiam araneas, muscas & mures etiam, & si quæ sunt alia insecta in conclavi, prunis candentibus immissum, fumo suo ipsis, ex Antipathia Naturæ, intolerabili; homini verò admodum grato, familiari ac salubri, vel enecet, vel prorsus abigat & cispellat. Est enim adversus omne venenum, præsertim aëreum & subtile, prorsus mirabile ac planè alexipharmacum. Atque ego istud tempore pestis, omnibus aliis suffumigiis atque odoramentis, utpote quo conclavia, linteamina, aliaq́ue quibus Peste correpti involuti erant & amicti, seminario pestilenti contaminata & infecta suffumigari queunt, atque adeo venenum prorsus aboleri, jure merito præferēdum censeo. Sed hæc hactenus.

Minerale aërem pestilentialem purgans.

Nunc quod ad fabrefactionem armorum Electro-Magicorum absolutam est reliquum, ex prescripto Artis addendum: Et intelligenti quidem paucis.

In *Martiali* hoc opere, *Martialia* sint omnia; & uniuscujusque rei *Martialis* sit dispositio: *Cœli, aëris, tempestatis, Temporis, diei, horæ, momenti, instrumentiq́ue* singuli status sit operi conveniēs, in universum. Tum verò præsertim *Ignis, Animus, Vox, Mores Fabri.* Ad suppellectilem hánece adhibendi sunt à *Theophrasto* relicti libelli *de Tempore, & Speculi constellatione*, itemq́ue *de Imagin.* quorum operā, sicut filo Ariadnæo, sæpius utare. Multa enim ex istis velut ad amussim tibi erunt construenda. Manu enim ducunt, non ignarum Astromantem, ut constellationes utiles, & positum influentiarum ritè concipiat excipiatq́ue, ut in *Magorum Lycæo* receptum est, & orthodoxè monent observandum Magico-Physici hujus Mysterij gnari Artifices. Hæc age itaque: Nihil hîc vanum & in speciem confictum, quod ut larvæ pueros, sic imperitos terrere possit, formida. Nihil intus est sive Consecrationum superstitiosarum, sive impiarum Conjurationum. Alia hîc Magia est *Puræ Naturæ* pedissecla officiosissima. Illam, quæ sinistrè Magia quibusdam dicitur, Cerberum metuere jubemus,

quæ malorum Geniorum expectat præsidium, & nihil sine illorum nutu gerit. Gentiles illi Electrum Physico-Magicum absque ullis incantationibus, dirisve carminibus (quorum nec *Homerus*, nec *Virgilius* hîc meminit) adinvenerunt, elaborarunt & ad usum eduxerunt. Proinde & nos salutari aqua, mystico Christianorum ritu, Orthodoxæ religioni initiati, nihil à Divinis Oraculis divaricantes, invito Orci exercitu, & frustrà obnitentibus Inferni copiis etiam, quod est instituti hujus, educendum, uno Favente Genio Naturæ putamus.

His ergo ad Incudem sic opus est compositis & dispositis, ne quid in hac *Oeconomia Magico-Vulcania* desideretur, cum jam fervet opus; ne quid interrumpatur aut corrumpatur.

Ignis Vulcani Magicus.

Primus autem in ordine esto *Ignis Tubal Kajini seu Vulcani Magicus*, ad opus hócce Specialiter & *Martialem* in ritum quæsitus, Legitimis Magicæ Practicæ, & Praxeos Magicæ filiis haud incognitus, quo cum Ignis hicce communis omnium noster animandus est. Ille, inquam, quo arborem suam viatus percussit, qui *Orpheo* est ἀργικέραυνος, *Pindaro* ἀρχικέραυνος, vel ἐγχεικέραυνος, & βροντηκέραυνος aliis dictus est: Latinis *Tonans* & *Fulgurator* seu *Fulminator*, & *Tonitrualis* licenter satis ab *Apuleio* dictus. Huic enim Flammæ à *Feretrio* accensæ *Martiale* quid inditum adhæresce re, à Consultis veræ Magiæ ob causas sæpius exploratas creditur. Vnde in ampulla quadam, ex artis Lege fovent illum jugiter in ligno suo. Quod à *Vulcano* quasi per manus est traditum, quem Ignis hujusce primum nutritorem fuisse tradidit Antiquitas. In *Lemno* enim Insula accensum à *Iove* sic ajunt foviisse; atque ab eo fabrilibus suis operibus deinceps impendisse. Atque hic ille est, quo *Cyclopes*, uti Poëta autor est.

8. Æneid.

Treis imbris torti radios, treis nubis aquosæ
Addiderant: Rutili *treis* Ignis *& alitis Austri.*
Fulgores nunc terrificos, Sonitumque Metumque
Miscebant Operi, Flammisque *sequacibus* Iras.

Ex hoc tanta crescebat Mulcibero fiducia ut Divæ Conjugi, quicquid speraret, polliceri auderet:

Quic-

Quicquid in arte mea possum promittere curæ,
Quantum IGNES, AMIMÆQVE *valent.*

Propè hunc Ignem & Incudem in parato sunto: *Massa* Electri Magici metallica, *folles*, *forcipes*, *mallei*. Iamque in puncto Martis in sua altitudine rutilantis constellationisque momento requisitæ, tu quisquis es, qui in Officina Vulcanio-Magica non hospes es, tuque qui laborem pariter sortitus es

Brontésve, Steropésve, aut nudus membra Pyræmon:

Malleum valida manu corripe, in numerum cæde, & arma, lege solenni cude. Sed prima hîc esto cooperationis tuæ cura, quæ est à *Microcosmicæ Constellationis* tuæ influentia, & ab Astro Cœli Microcosmici humano tuo interno. Nisi enim illa, *Martialem* in ritum, huic sit applicata fabricæ; non solùm ex Artis præscripto, albũ non feries; sed ne ad scopum quidem rectè collineabis. Lapsi sunt in hac intentione multi, scientiarum reconditarum aliàs non inconsulti, dum vel Sigilla Astronomica, vel annullos, vel Specula Magica elaborarent, non additâ ad hasce ceremonias *Martialis* illa animi impressione, quâvis genuinæ Cœli Macocrosmici Constellationes & altitudines solenniter riteque fuissent observatæ. Est enim Astrorum Cæli Microcosmici humani influentia, seu animi naturaliter fascinantis expressio & in materiam impressio, ex principiis tribus unum haud postremum in Arte Magica, quæ tradita sunt à *Trith. Abb.* epistol. ad *Comitem de Westerburg*. Omnium verò pleniſſimè à *Theophr.* hæc pertracta sunt, præsertim in ejus de *Occulta Philosophia* libris, de *Vita longa*; de *Tempore*; de *Imaginibus*; de *Peste*; de *Paramiro*; & illo qui est de *Electro Magico* seu metallorum compositione. Ad quos ceu fontes remittendi sunt, qui de isto Magiæ naturalis Principio volunt erudiri, quod satis est.

Microcosmicæ constellationis influentia.

Illud carptim de illo tyrones accipiant, Imaginationẽ veræ Magię Sacerdotes in homine *Solẽ* dicunt: quę Solis instar in effectũ erumpit, suis veluti stricturis in locum irradiatum effusis. Cœlũ enim statuunt Magni hujusce Animalis, quem Mudũ sive ornatũ vocant, Imaginationem: cujus animã, nos Solem Macrocosmicũ statuimus.

Imaginatio Sol est in homine.

Ex hujuſce Imaginationis expreſſione & impreſſione, quam *Mathematici* vocant *Influentiam*, hæc quæ ſtupemus quotidie produci, proſpera & adverſa etiam. Nec magis fertilitatem, quàm ſterilitatem ſæpe generari: tam eluviones, exuſtioneſque terrarum, & terræ motus; quàm Soles & pluvias modicas concitari. Similem eſſe in Cœlo Microcoſmico *Phantaſiam*, cujus impreſſio ut ad bonum poteſt operari; ſic etiam in malum intendi non minùs. Ex ea eſſe vota ſæpe proficua ac ſalutaria: eſſe & imprecationes ac diras ſæpe noxias, quales pauperculorum ac miſerorum ſint ut plurimùm, quarum tanta ſit efficacia, ut vulgò conſtet etiam, non pauca monſtra & degeneres Naturæ fœtus, qui prodigiorum & portentorum inſtar ſint, paſſim ab illis cauſari, quod ajunt. Illuſtre ejus eſt, de quo agimus, ſpecimen in Batavia editum, à mendica quadam muliercula, in Hollandiæ Comitiſſâ quadam (vide Annales Hollandicos) à qua inhumaniter, veterum gerens miſella iſthæc, cùm excepta eſſet, imprecabatur Comitiſſæ uterũ etiam fortè tum gerenti, ut tot fœtus ederet, quot dies anno continerentur. Peperit Comitiſſa, & totidem liberos ſexus utriuſque peperit. Baptiſterium, in quo infantes aqua ſalutari, ad peccatorum expiationem, ritu Chriſtiano luſtrati ſunt, ſolennem in modum hodie etiamnum viſitur.

A Cœli Microcoſmici phantaſia, varij effectus miri.

Non minùs ſtupendum etiam, de quo ad me nuper ſcripſit D. Iacobus Nævius. In ſuburbio Amſterodamenſi quodam hoſpes erat, qui nuper ſerpentem inter anguillas domi alebat, eximium præ cæteris, inſciâ uxore. Divertit apud uxorem mercator, civis Amſterodamenſis, marito abſente. Hoſpita cupiens Viro bono apponere, quod poſſet optimum, cum anguilla una & altera ſerpentem excoriat; in prandio apponit. Hoſpes pro ſerpente anguilam edit, abit. Redit hoſpes maritus, & ſerpentem quærit. Mulier infelix hoſpiti appoſitum recordatur, fatum infelicis dolet, & vicem ſuam deplorat. Redit ex occaſione in diverſorium, qui ſerpentem ederat. Hoſpita cùm ſoſpitem illum videt, accurrere, exclamare, geſtire, rem geſtam narrare. Ibi miſer ille

toto

toto animo & corpore cohorrescere, & ad vocem mulierculæ, qui decem & quatuor jam totos dies nihil veneni sensérat, collabi & è vestigio expirare.

Sunt qui Imaginationem hanc *Magnetem* vocent: Ipsam verò impressionem Cœlum: Quòd si quis autem eo penetret, ut adeo possit Imaginationem intendere, ut generetur Spiritus, eum Artis *Cabalasticæ* rectorem esse. Siquidem tum Imaginationes nostræ speculatio haud ascendat ignaviùs, quàm stellæ desuper vires suas effundant. *Theophr. de Virtut. Imaginat.*

Talis ergò ad Incadum & fabricam stabis: obfirmato Animo, & Imaginatione fortiter elevata, & affectu exaltato: Tum voce iracundâ, asperâ, infractâ, raucâ, minaci, atroci, hoc est, *Martiali:* Tum oculis ad Basiliſci obtutum intensis operi irradia, & *Martialiter* adspirata-li carmine:

Auspicio Martis benè cedat Fabrica & Artis.
Arma mihi cudo cælo adspirante secundo:
Quis possi duri vis nulla nocere metalli.
Sed pavor & terror perturbet, mentis & error,
Hostem acie in cuncta, ut nequeat consistere puncto.

Mox retractandam hanc massam, opusque resumendum in spira fortiter, & anhelitu ei incumbe *Martiali*, repetitis, quoties operi congruum, numeris:

Ut Lupus ignavos nocturnus territat agnos.
Ut timidus sævos exhorret Dama Molossos:
Sic quoque præcipitem incutiant hæc arma timorem.

Iterum hîc aspirandum & inspirandum operi *Martialiter.*

Contrà præsente ut nequeat consistere mente.
Irrita tela dabis, quicunque minabere nobis,
Obvius his armis quiq; ibis, abibis inermis.

Hîc *Martialiter*, ut poteris, iterum inspirato, & repetitis inter Pyracmonas numeris, fortiter ingemina:

Hac veluti flammâ mollescit Martia lamna:
Hoc veluti flictu Electrum durescit, & ictu:
Sic quoque mollescant & pectora dura liquescant:
Præq; metu rigeant, pavidoq; tremore fatiscant.

Et talis quidem est ab Imaginatione *Martialis* inspi-

ratio, cujus nemo vires refutat, nisi qui in omnibus arcanis profanus hospes est. In mentem hîc venit, recens illud est de *Abbate* quodam. In *Holsatia* factum memorant, ut Abbas quidam cum I. W. Viro non incelebri, sed nescio quid in rebus Aulicis sibi præ cęteris arroganti, contendens, hisce in illum verbis inveheretur idiomate Saxonico; in hunc sensum: *Heus tu, avis Martie, tu, inquam, Cuculum primo vere non audies*: Quo audito ille animo commotus est usqueadeo, ut in morbum exinde inciderit, & octiduum circiter sit emortuus. Non absimile huic fertur contigisse in alterius cujusdam Illustrissimi *Germaniæ* Principis Aula. Senecio fuisse dicitur quidam, qui, cùm Oeconomus nescio quis in Aula jentaculo, quod dari solitum erat, fraudasset quosdam, adeo indoluit, ut moribundum sibi post id paucis diebus putaret, si consueto carendum esset jentaculo. Abit ergo decrepitus & jam depontanus mœroris & indignationis plenus, nescio quas preces secum concipit: quibus factis summâ intentione, quâ poterat, Oeconomus ille abit in communen è vita locum. Exultat capularis ille, & suis precibus mortem ei præparatam jactat. Res ad Illustrissimum Principem delata est, qui ad se jubet vocari depontanum, utque rem gestam exponat hortatur. Paret silicernium; rem gestam bonâ fide refert. Princeps securum à se jubet abscedere homuncionem, hac cautione, ne in se tales preces concipiat: moxque jentaculum restitui jubet & offam, ac partes etiam duplicat.

Horst du Hertzbagel/du wirst den kukuk nit horen schrepen.

Sed magis ad institutum facit, quod de Turcarum moribus apponendum est. Horum unam ajunt esse religionem, quam *Dervisi* appellant. In conventibus annuis, post ceremonias simul epulantur: Post epulum esitant *Asseral*, quo in lætitiam atque exultationem concitantur. Apud alios authores, & forsan probatiores, non est *Asseral*, sed *Matslach*: de cujus præparatione, multis nova scriptores affirmant. *Matslach Turcarum* sunt qui ex unius, quod ajunt, generis ingredientibus constare dicunt, inter illos etiam Primates Viri sunt, qui contra universi Orbis Christiani hostem *Mahometem* egregia virtute rem gesserunt: & tàm varios tamen effectus pro-

Turcarum Marslach.

dere,

dere, hisce de causis, quas stupent multi. Herbas & radiculas tempore legunt opportuno & idoneo. Cùm illas condiunt, talibus circa hunc actum animi, mentis, cogitationum, verborum, gestuum motibus se componunt, quales volunt ab isto condimēto edi operationes. *Venerem* conciliabit, & amores procreabit faciles? Omnia ad *Veneris* illecebras & amoris blandimenta componunt. *Dolorem*, querelas, suspiria, lachrymas ciebit? *dolent*, quiritantur, suspirant, ejulant: idque sumunt in funus prosequendum, & amicorū propinquorúmve frequentandas exequias. *Iocos*, risus, hilaritatem, cantus, choreas suscitabit? Stato circa has ceremonias tempore, quo elaborant condimentū, animo sunt ad jocos, risus, hilaritatem, cantus, choreas composito. Deniq; qualicunq; animo, mēte, cogitationibus, nutibus, dictis, factisq; ad illud prę parandū accedunt; quibuscunque *Phantasiæ* perficitur impressionibus, tēpore scilicet, quod ajunt, balsamico: tales omnino in homine, qui illud ritè sumserit, effectus edet. Si *Martium* debet animū concitare (in hunc enim usum ferè aptāt vulgò) gestibus ei incumbunt *Martiis*: imaginatis instāt tormentorū bellicorum fulminibus; ictibus cęsim punctimq; illatis minantur; telis in acie vibrandis intorquendisq; urgent. Nos ineptias & pręstigias illas ridemus. At effectus condimēti illius, nimiùm votis utentiū respondentes, tam calamitoso Christiani cum nominis detrimēto, tot jam secula persensimus, tot arcib⁹, tot propugnaculis & castellis, tot oppidis, tot regnis jam exuti, tot pręliis fusi, fugati, & ad internecionē deleti toties, non sine ingēti non tantùm Germanorū Principū sed & Europæorum omniū ignominiâ, quibus seculis eluēdâ.

Ritus in quærendis legendisq; herbis Turcis consuetus.

Iisdem prorsus aptatur, an idem haud satis ausim profiteri, ceremoniis, ut virtutes edat congeneres, Planta, quam *Bohemi* Sclavorum linguâ *Leleck* dictitant, quod insigniter æstimabat Vir Senatorij ordinis quispiam, & in *Actis Appellationum Consilij* ejus haberi memoriam referebat militaritibus quibusdam & Equestris ordinis in Aula Cæsarea Viris.

Bohemorum Lelek.

De *Asaro* ad effigiem istarum ceremoniarum aliquid in litteras relatum est: eum in morem scilicet infernè vel supernè

Asarum.

ſupernè ajunt purgare, pro ut vel infernè vel ſupernè effoſſum ſit.

Sexcenta horum in Natura dantur etiam, quæ explorator mediocri etiam ſolertiâ è Theſauro illius, ſine magnis Vigiliis etiam hauriat: Modicum adſit tamen nova excutiendi deſiderium; & illud mente ſedeat immotum: Cum vitilitigatoribus, vulgatæque tantùm Naturæ conſultis non diſceptare. Illis ſine noxâ nihil arcani credas, quibus omne ſuſpectum eſt arcanum. Sed iis ſupra vulgi captum crede quidlibet, quibus iſthæc non majori ſint admirationi quàm quòd *Oculi Cancrorum* qualemcunque caſum ſublevent. Qua de re non fabulam accipe, ſed hiſtoriam, quam in *Anglia* accepi à Nobiliſſimo Viro *Ioanne Coy Boruſſo*, qui fidem habeti volebat ſibi, quam merebatur. Puer erat à tecti altitudine inſigni præcipitio delapſus in terram ſolidam. Accurrebant parentes tantùm non exanimes & vicini ob caſum illum commoti. Puerum nulla parte corporis luxatum à caſu ſublevant, in pedes ſiſtunt, quem vel exanimatum aut miſerè toto corpore muti latum laceratumque ſe reperturos, domumque reportaturos putabant. Qui aſtabant, modò tecti altitudinem ſuſpicere, modò puerum undiquaque contrectare; jam præcipitij horrorem ſtupeſcere, jam pueri fortunam mirari, donec in chirotheca pueri *Cancrorum oculos* reperiunt, quibus cum paulò ante viſus erat luſitare, qui in pollinem quaſi minutiſſimum erant minuti & contuſi.

Cancrorum oculi adverſus caſum.

Sed alij habeant, quod admirentur, ni re levicula, per nos liceat, quibus unicum illud jam diu inſedit animo: *Nihil admirari, quod vulgo miraculum eſt.* Vnicum eſto nobis ſtupendum IGNIS miraculum, contra quem Vulgi obtutus tam eſt imbecillis, quàm ad Solis radios Noctuę Atticę viſus. Noſtrum, inquam, eſt, non in dies, ſed horas etiam Vulcanium illud ſtupeſcere:

Quantum IGNES ANIMÆQVE *valent!* 8. *Æneid.*

Superioribus verò omnibus *Vulcanium Martialemq;* in ritum ſic expeditis, fabricæ operæque tuæ ſemel quod ſatis eſt factum hactenus. Inſtrumenta tua fabrilia, in *Martialem* Officinæ tuæ adytum die & hora *Martialibus*

bus in octiduum deponito; quo defluxo die & horâ dictis ad incudem & malleum rursus educito, & in usum *Martialem*, dignis bellicoso illo Genio *Notis* perpolito; Characteres & imagines ex Artis lege insculpito; Statis vicibus singulas singulis addito; & cum Cœlo tuam operam conferto. Nec quicquam, iteratis solenni tempore ceremoniis, operis perfectioni deesse putato.

Notæ & characteres hieroglyphici in armis.

Notis hîc hieroglyphicis opus est: Effigiandæ, inquam, figuræ & armis Vulcaniis insculpendæ illaborandæque, quæ illi, cujus aptantur Corpori, animum exstimulent Heroicum ad facinora Martialia. Sed non isto fine tantùm ut objecta, vulgato modo, potentiam moveant, hoc est, ut diversa moveant diversos homines. Alio hîc calcari opus est, & irritamentis valentioribus, ad acuendum animum in hoc Martiali negocio. Gloriosa hæc non sine ingenti virtute perpetrantur facinora. Non hîc perseverante tantùm objectorum pugnacium opus est reminiscentiâ: sed immotâ quadam fiducia & persuasione, quæ janua est operis stupendi & miraculi. Cœlitus quasi demissâ opus, inquam, est flammulâ, quæ virtutem vel insitam foveat & attollat jacentem, vel ad iracundiæ cotem asperatam supra vulgarem auram evehat, ad strenuè gerendum quidlibet, cui non alia par resistat virtus mortalis. Qualis penè illa *Constantini Magni* supra vulgatam fuit, cum hac inscriptione: IN HOC ✠ SIGNO VINCES. Et *Alexandri Magni* illud: μηδὲν ἀναβάλλειν.

nihil differre.

Hinc illa in bellis ad terrorem incutiendum simulacra, in galeis, armis clypeis. Et ut ab altissima petam Antiquitate hoc ipsum, ad Deam illam ἀρσενόθυμον, ἀλκιμάχαν, *Palladem*, inquam, abeo. Effingebatur, *Phornuto* authore, vultu inprimis Virili & truculento; media ejus galea sphingis species, ut *Pausanias* tradit, apposita, utraque verò galeæ parte gryphes exsculpebantur. Medusæ caput in pectore, & victoria quatuorum cubitorum magnitudine inserebatur, ad pedes Scutum ponebatur, juxtà draco; manu autem hastam quatiebat, unde ἀπὸ τὲ πάλλειν τὸ δόρυ à vibrando & concutiendo hastam *Palladem* vocatam *Plato* autor est.

Viriliter irascentem pugnantem.

Palladis statua.

In

In arce Eleorum, *Pauſaniâ* autore, galeæ Minervæ haſta inſidebat, quòd Gallus pugnax avis eſſet.

Ægida & Gorgona *Palladis* arma eſſe, vide in admiranda illa Heroicorum armorum fabrica apud *Maronẽ*:

8. Æneid.

Fulgores nunc horrificos, Sonitumq́ Metumq́
Miſcebant operi, flammiſq́ ſequacibus iras.
Parte alia Martis Currumq́ Rotaſq́ volucres
Inſtabant: quibus ille viros, quibus excitat urbes,
Ægidaq́ horrificum, turbatæ Palladis arma,
Certatim ſquamis ſerpentem, auroq́ polibant:
Connexoſq́ angues, ipſamq́ in pectore Divæ
Gorgona, deſecto vertentem lumina collo.

De hac Palladis *Ægide*, eſt apud alterũ Poëtarũ Principẽ, ubi Iupiter introducitur Apollinẽ mittens, qui Trojanis, fœda clade fugatis ceſiſq; ferret auxiliũ, tali monitu:

Ἰλ. ο.

ἔρχεο νῦν φίλε φοῖβε μεθ' ἕκτορα χαλκοκορυστήν.
ἀλλὰ σύγ' ἐν χείρεσσι λάβ' αἰγίδα θυσανόεσσαν,
τῇ μάλ' ἐπισσείων, φοβέειν ἥρωας ἀχαιούς.
Nunc age, ad ære gravem vade Hectora Phœbe cruen-
Ægida terrificã validâ ſed corripe dextrâ; (tum:
Quæ trepidante agitet terrore Heroas Achivos.

Sed ad *Maronem* redeundum eſt, qui *Emblemata* verè *Martialia* à Vulcano Æneę armis inſculpta deſcribit ingenio, ut mihi quidem videtur, trãſnaturali: Quid enim? ſi quis vel primorum in arte iſthac myſteriorum non ſit prorſus ἄγευστος, & intelligat, quid imago iſta in clypeo Æneæ tantum non voce articulata dictitet.

8. Æneid.

Illum indignanti ſimilem, ſimilémque minanti
Aſpiceres, pontem auderet, quod vellere Cocles,
Et fluvium vinclis innaret Cœlia ruptis.

nunquid animus aliquid ſupra virile robur ei ſpirarit, & illud Niſi magna mente volverit?

9. Æneid.

Aut pugnã, aut aliquid jamdudum invadere magnũ
Mens agitat mihi, nec placitâ contenta quieta eſt.

In militari Romanorum diſciplina multis id ſeculis obtinuit, & luculentè in galeis id obſervatum eſt, ad horrorem inforendum inſigniter compoſitis. Sed Poëta verbis dicam meliùs.

8. Æneid.

Terribilem criſtis galeam, flammáſque vomentem.

Homerus

Homerus ſapienter illud, ut omnia, edocuit, ubi ait:

Quinque autem ipſius erant clypei plicæ: ſed in ipſo Fecit varia multa Sapienti mente.

Cætera qui voles id genus inveſtigare pluribus, Hiſtoricos inviſe & rerum bellicarum Scriptores. Nos quod armorum Achilleorum eſt reliquum, apponemus, & armamentarium plenè inſtruemus.

Loramenta, quibus arma corpori accommodes, eorumq; juncturæ conſtringantur, de erudo *Hyenæ* corio; vel pelle ad ignē artificialem arefacta ſunto. Quod ſi illa non ſint præſtò huic operi, nec haberi poſſint; *Lupi* corium ſuffecerit, ſed viventi beluę detractum, ex eoque ad huc palpitante, quantum ſatis eſt, exſectum. *Martialis* enim hæc etiam eſt bellua peculiari quodam modo. Eſt enim virtus in illa, qua, ſi quis dextrè ex Artis præſcripto utatur, in objectum adęquatum tranſeunte agas pro adęquata intentione efficaciter: ad analogiam ſcilicet inſitę illius proprietatis animatæ, quæ nota eſt venatoribus, & non nova viatoribus aliis. Conſtat enim lupos non nullos, ſtato tempore (non enim omnibus promiſcuè, nec quovis tempore ineſt iſta operatrix qualitas) viſivorum intentionaliter Spirituum radiis (ſpirituali & occultæ faſcinationi Hyeneæ Magneticæ non abſimilibus) clandeſtino *Marte* adeo conſtringere homines, ut inuſitatâ raucedine correpti, nec clamorem attollere, nec opem implorare poſſint. Improviſi Lupi ſunt, qui in hominem agunt tam portentosè: Quod apud *Maronem* eſt omnis Antiquitatis Conſultiſſimum:

Loramenta armorum.

— *Lupi Mœrim videre priores*

Viribus animalium viventibus & virētibus, ut dixi, opus eſt quibuſdam, quę in membris partibúſve animalium, ipſis beſtiis à morte abſumtis, reliquæ manent ac ſuperſtites; quod non tantùm probāt occultioris Philoſophię Antiſtites, ſed & Medici triviales alij; quoties aut vivis leporibus eruunt oculos; aut vivis Serpentibus cutem detrahunt; aut vivo Caſtori partem è cutè abſcindunt, cæteriſque id genus animalibus aliquid viventibus demunt, virium majorumm ergò, quæ vivis quaſi partibus inſunt, iiſque extrinſecus tantùm elangueſcentibus

inhærent

inhærent vegetæ, & immorantur vietæ & animatæ.

Quod de Lupina cute habendum similiter: quod minùs profectò novum est, quàm cur in furorem actus *Elephas* ariete conspecto mansuescat & ferociam intractabilem exuat: vel cur *Equus* lupi vestigium premens penè obstupescat, & totis sæpe convellatur pedibus.

Nam quotusquisque est, qui non magis ingenio commoveatur *Ciconiæ* Vespertiliones, exosa sibi animalia, à nido suo foliis platani arcentis; *hirundinis* silphas & platas, Apio; *Corvi* infestas sibi bestiolas Aro; *upupæ*, adiantho; *Cornicis*, verbenaca, amolientis? Tam equidem mihi novum est, quàm illud, quod supià recensitum, quòd *Anglia* Lupum non ferat; *Hybernia* nullum animal venenatum pariat, & ligna procreet, in quibus nulla aranea se telis suis suspendat; vel quòd *Halcyon* septem ante Brumam diebus nidificet, totidemque sequentibus pariat; & *Formica* quiescat interlunio, noctu verò etiam operetur plenilunio; aut quòd crescant exuberentque in Corporibus Elementatis humores Luna concipiente & gravida; deficiant & exarescant, eâdem senescente.

Gladius Achilleus. Sed armatus ex præscripto adest *Achilles* noster, & *Ense* poscit accingi, sed qui *Armaturæ* isti haud dispar sit. At non erit, nisi aptatus ab illo, qui disciplinæ de Electro Magico-Vulcanio traditæ capax fuerit.

Ferrum ensis. Sunt qui ferrum sumi volunt, quo collato Marte, & confertâ, quod ajunt, dextrâ sit obtruncatus hostis. Volunt enim ferro homicidæ occultam vim quandam terrificam inesse, ab in hærescente illi *Martis* dominio.

Ferramenta capuli qualia. Ferramenta verò capuli dextram circumdantia, & munientia volunt de catena cudi, qua præfocatus est aliquis, qui ex sese longam fecit literam. Ex hoc ferramento Crucem, quam *Germani* vocant, compingi jubent.

Capulus ensis Martij. Capulum verò ipsum & manubrium affabrè fieri docent, è rotæ radio, quæ latronis membra contusa & fracta fuerint in extremo supplicio: Capulo huic ligneo segmenta quædam indi oblongula, è querno ligno, quod tactum fuit de Cœlo & fulmine ustulatum, &

porrecta

porrecta quidem ea parte, qua cuneus telûmve fulmineum feriit & perrupit, ut ferream laminam contingant, prorsum applicari & compingi.

Hisce sic coagmentatis lineum panniculum, quo primus ille flos sanguinis menstrui à virgine exceptus est, volunt superinvolvi, eumdemque consuetis fabricis obduci & coaptari.

Cæremoniæ ad Ensis Martialis fabricã.

Sunt qui aliquid præterea ceremoniolarum addant fabricæ Ensis hujus Magico-Vulcano-Martij: capulo scilicet è rotæ, qua latroni vivo corpus perfractum est, radio effigiato, cui muscum ex strangulati & in crucem acti, abigei vel prædonis alîus craneo indunt, ac viperæ linguam, parte quâ acuminata est, ad ensis aciem porrectâ. Linguam verò è vipera evulsam intelligunt, quæ prima verno tempore ex improviso tibi facta sit obvia, & horrorem in cauto tibi magnum incusserit, præsenti morsus quasi periculo, quam recollecto mox animo fugaveris, & fugatam interfeceris, linguaque cæsam spoliaveris. Nec enim aliter inquiunt, perhorrescet toto corpore, & trepidabit adversarius animo, atque ille fecit, cui ex improviso repentè vipera occurrerat. Tum verò panniculum lineum primo defluxus menstrui flore virgineo tinctum involvunt, quem alio insuper opere fabris consueto obducunt.

Nos quanti isthæc momenti esse judicemus, non hîc disquirimus. Nec enim hujus est instituti fidem horum elevare. Et in precio sint iis talia, per nos licebit, qui hujuscemodi oblectantur fabulamentis. Alio certè nobis standum est Artis fundamento, & altioris innitendum secreti fiduciâ, & ab *Electro* petendum esse, quod aptamus, libre contendimus. Nec tamen ob id hoc loco non apponemus, quod superstitiosiores illis, quos diximus, de ensis istiusmodi apparatu tradunt. Radium è rota sumunt, quem dextrâ prehendit carnifex, cùm latronem membratim contundit; vel annulum de catena, quæ animam præfocavit abigeo vel furi cuicunque. aut virgam, quam Iudex pronunciata in latronem sententia, & ad supremum rotæ supplicium, *Germanis* frequens, condemnatione latâ, perfregit. Quibus in usum com-

paratis, ſtato die ac hora, quantum ſufficit manubrio, à radio præfectum ferro aptant; idemque eo, quod accommodatiſſimum huic cuique viſum eſt negocio, involvunt & obducunt; ſegmentiſque à judiciali virga, laminiſque è ferro dicto additis conſtringunt. Denique filamento è catena ducto circumvinciunt, affabrefactumque reddunt.

Nos equidem hæc illis inventa non invidemus; ſed æſtimamus liberè: in qua rerum omnium æſtimatione, nihil cuiquam credendum præſcribimus, & ſuum cuique relinquimus ingenium, ut talium ſi quid non nolit, recipiat; ſin verò quid nolit, repudiet. Tum verò noſtrum nobis petimus relinqui arbitrium admittendi, quod non nolumus; rejiciendi, quod nolumus.

Primus ſanguis menſtruus Virginis quid poſſit.

Quod de Sanguineo illo flore eſt virginis, primo fluxu menſtruo correptæ, ſecreti habet aliquid: ſed an, quantum illi voluut, non liquet. Seriò enim multi perſuadere conantur, quod ille quem dixi, ſanguis ſive panniculo exceptus, ſive materia quavis alia, aut etiam galeolæ vel reticulo, quod infans (nullo ſexus diſcrimine, maſculus ille an fœmella ſit, primò aut ſecundo genitus; legitimus ille, ſive naturalis, ac peregrinus ſit etiam, nihil refert) ubi naſcitur, capite geſtat, vel parti tantùm reticula avulſæ inditus inſigni ſit, extra hunc, quem volunt, Martialem uſum, virtute; ad arcendum omne ignis periculum, & funeſta ædificiorum incendia reſtinguenda, ut proditum ab Agrippa partim in lib. de excell. & præſtantia fœminei ſexus, partim ab alijs arcanorum naturalium & tranſnaturalium exploratoribus deprehenſum ſit.

Sunt qui glandem plumbeam, qua quis exanimatus eſt, tali, quam diximus, galeole implicatum adverſus ictum & periculum à glandibus ſclopetarijs, ſecum ferant; cui muſcum addunt è craneo in crucem acti & ſtrangulati hominis, ſtato tempore collectum.

Sunt qui florem hunc menſtruum hujuſmodi, qualem dixi, galeolæ inditum, ubivis ſecum geſtent, inſutum veſtimento, vel hircos dextri brachij ſubter,

vel

vel pectori admotum portent, ut in omni certamine, sive ludicro, sive serio palmam reportent: quod eventu spem æquante ajunt sæpius esse comprobatum à militibus, athletis, aleatoribus, circulatoribus. Fides penes illos esti.

De vulgata illa gladiorum Martialium fabrica diximus; & quid de istiusmodi operè, certè non vulcanio sentiamus, paucis delibavimus. Non desunt tamen, qui experientiâ comprobatum asserant sæpius, quàm feliciter multi talibus in hostem usi sint: qui aliquoties cum hoste, sive equites, sive pedites conflixerunt, in acie, in singulari certamine; victores sæpius, victi nunquam. Ajunt, & primo sæpe congressu debellatum perduellam, & primo conflictu, qui omnium est acerrimus, animum in pedes adversario collapsum: multorum, qui restiterint, gladios conserta manu in frusta dissiluisse. Quòd si mihi liceat, meam super istis eventibus dictare sententiam; non ab ista partium in gladio Martiali suprà collectarum coagmentatione, virtutem illam hostium debellatricem fuisse arbitrer. Non enim istud, aut vix saltem, homini etiam in abditis Naturæ non peregrino, probari poterit. Positas enim hîc pro causis multas existimem, quæ causæ non fuerunt; & non positam causam, quæ forsan ipsa fuerit verior. Nam vel fortes viri cum fortibus commissi fuerunt, vel ignavi cum ignavis: vel fortis cum ignavo, quorum singulorum inter se congredientium uterq; tali, quem diximus, ense usus est, vel alteruter. Si fortis fuit cum forti viro commissus, rarissimum illud profecto est, ut pari sint utrinque robore, & animo & corpore; & quid mirere, si pugnâ sit victor is, qui vel animi vel corporis robore sit superior?

Refutantur vulgata quadam opiniones.

Quòd si pares concedimus.

Inter se coijsse Viros, & cernere ferro? Ænid. 8.

Nunc verò Fortunæ in manu est, cui cui velit annuere victoriam. Nam cum eventus præliorum omnium est incertus, & omnis in acie collatus Mars ambiguus; tum verò in singulari etiam congressu non minùs anceps palma est. Quòd si ignavus

cum ignavo depugnavit? quid mirere, si huic pugnæ cessit felicior, cui plurimum est animi additum ab insigni quadam persuasione de victoria, ab Ense istum in ritum, quem diximus, fabrefacto. Totum enim est ab ista impressione, quòd majori ad certamen exivit animi fiduciâ: alter verò è certamine victus discesserit, cui nihil in pectore erat roboris ab animo, qui nullus erat. Sin autem fortis cum ignavo collatus est, jam in parato illi erat, ante duellum victoria; huic verò animus in calces delapsus erat, ante consertionem aciei. At ignavus, inquies, à forti palmam tulit, & timidus magnanimum perculit? At hîc, inquam, quo loco, quibus circumstantibus, qua fortuna gestum sit quolibet, attendendum est. Improvisi enim casus multi sunt, quos nec fortissimus quisque evitet, qui aliàs fortunæ suæ faber est.

At suum cuique pulchrum hîc relinquimus, & ut varia est hominum de rebus quibuscunque sententia; ita cuique sua esto sibi Helena. Nos verò ex aliis cotibus asperatam ferimus gladii nostri aciem; à temperie scilicet Metallorum illa Vulcano-Magica, quæ in objectum agit quodlibet efficaciâ tali, ut non alia ei resistat, nisi eadem: Quali penè fuit virtute culter ille, quem vir summa rerum divinarum abstrusarumque in Natura, scientiâ *Thomas Aquinas* ut author est *M. Claud. Paradinus*, tanta præparavit duricie & acie asperavit, ut Incus medio illo sit dissecta. Talis etiam fuit viri omnium rerum naturalium experientissimi *Alberti* illius *Magni Ratisbonensis Episcopi* ille culter; & alius quidam *Theophrasti Paracelsi*, Viri in arcanarum rerum perscrutatione longè omnium felicissimi, quem arte quadam gladiali & incisiva, ut ipse loquitur in *Philosophia sagaci*. præparavit, ut metalla quælibet durissima, illo ipso media facilè dissecaret. Adeo ut non mera prorsus figmenta possint videri cuipiam, quæ de Ense *Scladibek* Arcturi sive Arti Britannorum Regis circumferuntur in fabulis: vel de Rolandi illo *Durant*: aut quod est fabulosissimum vulgo de *Menunus*, ense *Sigfridi* nescio cujus, quem à *Cornubus* vulgo denominant. Hujus *Sigfridi*

Culter B. Thomæ Aq.

Culter Alberti M. & Theoph. Par.

Ensis Arcturi Scladibek. Rolandi Durant.

Hurnen Sigfrid.

fridi res gestæ Wormatiensi in Curia picturis adumbratæ sunt, & forsan alicui fidem aliquam de veritate quarundem rerum faciunt posteritati. Nam & à campo quodam conjectura huic affinis est, cui à *Gigantibus* nomen inditum, in quo viri fortes prisci multi occubuerint, inter illos ipse etiam primarius. Campus est, quem hodiernum in diem extra urbem ibi ostendunt etiamnum. Attexuerunt & istud illi fabulæ; nomen urbi *Wormatiæ*, à vermibus (vocabulo *Germanorum*, ejusdem cum *Latino* notionis) inditum, quòd noxam inibi locorum grandem fecissent, quorum magna strages à *Sigefrido* illo Corneo est edita, qui omnes illos exussit; quorum cum adipe se inunxisset, corneus toto corpore factus dicitur. Hodie verò, ut quidam narrant, si puer quispiam res ab illo *Sigefrido* gestas, è memoria plenè, sine ulla versuum rythmicorum interpolatione decantaverit, nummus ei argenteus designatus aliquis, jussum Magistratus datur, ex recepta forsan multis seculis & inveterata jam olim consuetudine. Quòd fabulamenta multa non sint rei gestæ cuipiam admista, nullus equidem pugnaverim; quæ pro veris quidem vulgo recepta sunt, ævo illo rudiori. Prudentioris erit fabulas quasdam à veris discernere; non autem vera, quia falsa iis commista sunt, cum falsis simul repudiare. Illud verò multum præ se fert antiquæ memoriæ, quod in Cathedrali Ecclesia inibi visitur inusitatæ stupendæque magnitudinis hasta, sive lancea, quam in præliis gestatam ab hoc *Sigefrido* memoriæ proditum est; & rythmis quidem Germanicis, ut solitum fuit ævo illo inculto, quo nullæ veterum res gestæ litteris consignatæ sunt.

Rieſen garten.

VVormatiæ vangionum notatio.

Vera discernere à fabulamentis vulgi, Sapientis est.

Sed ad reliquum sive armaturæ, sive telorum omnem apparatum pergimus. Sunt qui clava sive malleo bellico etiam Heroëm suum voluerint instructum. Sed ejus apud *Turcas & Tartaros*, aut *Vngaros Polonosque* usus sit: & exiguus ejus teli usus est in bellis exercitatioribus qualia inter *Hispanos* & confœderati *Belgij* potentissimos *Ordines* gestum est tot annos. Tela hæc & alia volunt Hyoscyami succo tingi: quo veneno *Turcos*

Clava bellica

Hyosciami succo Turcæ & Tartari tingunt suæ tela.

& *Tartaros* ferunt tincta gestare spicula ac sagittas; quibus si quis vulneratus sit, exitialibus corripiatur symptomatis: inflammatione præsertim cum inflatione ingenti, maculis flavis rubrisque interpuncta. Adversus quæ tamen, eorundem illorum experimento, decoctum Lentium datur linteamine in hoc madefacto, calidè sæpiùs ulceri applicato: quo tumor sidit; ardor remittit, maculæ evanescunt. Sicut à *Tartaris* quibusdam, bello Hungarico captis, viri aliquot in re militari præstantes, qui in ipso illo versati erant periculo, sibi relatum testes locuples fuerunt.

Sunt qui intoxicatione armorum tali utantur, & quidem pernicioſissima. Fuliginem camini conterunt in pollinem & pulviſculum: huic auri pigmentum addunt, & capita ſcarabæorum majalium in pulverem contrita: pondere omnium æquali. Hæc verò pari interſe proportione & menſura ſic commiſta, inveterato adipe porci non caſtrati perfundunt permiſcentque. Subnoctem antequam lectum petant, tres cepas crudas devorant, tum ſuperindormiunt. Sub auroram expergefacti ſputum & ſalivam iſti indunt Pharmaco, & cochleari ſeu bacillo quovis ligneo ſubigunt. Hoc unguento gladium & tela ungunt alia, & vehementer intoxicant.

Antidoto autem tali utuntur. *Barbaram Iovus* ſumunt & *plantaginem*, utriuſque ana, minutatim conciſum contuſumque utrumque in cucurbitam injiciunt, ut putrefiant & digerantur, in dies aliquot deponunt. dein expræſcripto Artis Chymicæ deſtillationem inſtituunt, unde Spiritus efficax & multa virtute conſurgit. Hinc immergunt linteum panniculum, quo vulnus veneno infectum eluunt & purgant accuratè, & lineo panniculo alio, quem eodem liquore imbuunt, vulnus colligant, quo facto æſtus omnis venenatus extrahitur. Tum lamellam lardi de majali, ſemel atque iterum per vulnus tracti ducunt, oſtheriacâ oblinunt, & conſolidatur vulnus radicitus, ſine ullo periculo. Atque hoc pharmaco non tantùm vulnera omni, à cæſim punctim-

punctimque inflecta curant: sed omnes etiam morsus venenatarum bestiarum sanant.

Sunt qui tela quodam toxico inficiant, ut omnia vulnera quæ iis illata sunt, vulgo putentur insanabilia, tela scilicet per sudorem tractim ducunt & reducunt Equi ab itinere vel aliàs fatigati & exagitati.

Exuvia serpentis in precio multis habite.

Alij etiam, nescio quâ superstitione (vix enim est, ut aliquid momenti afferant in *Martiali* negocio) nudo brachio, quo Ensem tractabit, vestem subter (ad consternationem hostibus injiciendum, si lubet credere) exuvias vivo serpenti detractas alligari: Caput item cum lingua Serpentis exiccatum arefactumque linteo involutum, thoraci subter alam dextram brachij curant insui. Hisce confisi rectà in hostem eunt, quem adversâ fronte territatum primo concursu in fugam compellendum putant.

Quid Serpens cum partibus etiam singulis segregatisque in hoc præsenti cæterisque Martialibus negociis pariat, arcanarum rerum exploratores miro verborum apparatu, & commentariorum strue ingenti, nimis solicitè accumulant. Nos verò parum movet, quicquid illi de hisce aliisque rebus ludicris malè feriati congesserint. Aliâ certè armorum structurâ, alia opus est fiducia ad amoliendam sclopporum bellicorum, quorum hodie magnus est usus, violentiam.

Pergunt tamen & risum movent suis fabellis, ut pueros oblectent arbitror; non autem Viros militares armis instruant Magico-Vulcaniis, quæ non aliunde fabricari possunt, quam à Metallorum occulta illa præparationes, quam nos prodidimus, quantum in scripto satis esse putavimus. Quod si quis non pleniùs scriptum indignabitur, illum ab Officinæ hujus tractatione abesse jubemus. Non enim vulgo quicquam scriptum volumus; sed scriptum & non scriptū etiam sagacioribus, quod ex Artis est præscripto, & Artificum lege.

Sed libet attexere fabulam: Nam forsan erit, ut varia sunt hominum ingenia, quibus aliquid eorum forsan quoque exploratum est, non injucunda, quæ nobis etiam primo auditu non fuit illepida. Herbam cu-

jus à ſanguine D. Ioannis nomen inditum, loco ſabuloſo effoſam, & in furno toſtam exiccatamque (Soli enim lento, ſi arefiat, expoſitæ vermes, ut ajunt, innaſcuntur) jubent aut ſacculo infartam, aut ipſam nudæ cuti appreſſam, thoraciqúe inſutam ejus portiunculam geſtari, atque hoc circumdatum periapto & amuleto inſtructum, perhibent totum præſtari invulnerabilem: Adeo ut fuerit, qui indiſtrictus ſteterit, cùm tam vehementer acinaces Turcicus ſuræ ejus fuiſſet impactus, ut ab impulſu ejus nutaret, & tantùm non in terram datus eſſet. Sanguineâ quadam liniâ ſublividâ tantùm intumuiſſe ajunt, quam depoſita tantiſper herbâ alexicacâ, incidi à Chirurgo & ſanari curaverit.

Magis etiam venuſti ſunt, qui in hunc finem, muſcum è capite furis ſtrangulati collectum, cuti & carni inſutum cum ea conſolidari faciunt: Quod non in poſtremis habent. Idem enim illud eſt, quod nimium ſanguinis fluxum ſiſtit.

Alcea vulgo telorum aciē hebetare credita.

Multò autem omnium ſunt lepidiſſimi, qui *Alcaam* (à thoracis ex ferreis annulis ſibi mutuo inſertis figura & externa ſignatura nomen habet apud *Germanos*, quia tegumentis quater ſenis alternatim invicem ſuperinductis enata eſt; & in *Helveticis Alpibus* plerunque reperitur) circa Autumnum effoſſam in hunc uſum aſſervant, ut omnia tela hebetet, aciemque eorum obtundit potentiâ quadam naturali, ut cutim perforare aut diſcindere nullus queat gladius.

Nugi venduli certè mihi ſint, qui hæc pro arcanis velint proſtituere. His enim appenſa inſigniter hederâ opus ſit, ut vendi queant. Vt nihil hîc apponam, de ſuperſtitioſiſſimis nefandiſſimiſque orci impoſturis, quibus miſeri nimis rerum novarum cupidi ſcrutatores ineſcantur facilè, ut ne ſortilegorum veneficorumque reformident qualemcunque operam, dummodò ſe præſtent omni telo inviolabiles. Malum ille Cerberum metuant, qui tantam bonæ Conſcientiæ jacturam faciunt, ut iis confidant adminiculis, quæ ad

fucum

fucum faciendum, in speciem prima facie non adeo abominandam, sunt composita. Sed postea semel illectum suis illecebris, justo Dei judicio sic decernente, in æternum pertrahunt exitium. Vt nihil de horrendo isto Sacrilegij genere dicam, quod quo nomine compellandum sit, haud satis invenio: cujus postulantur rei meritò, qui sacrosancto ac divino illo pane, qui est in Eucharistia salvifica, ad amuletum nescio quod sibi quæsiverunt horrendum in morem. Monstrum hominis! quò te præcipitas? Momentaneæ salutis auram captas, & æternum duraturæ aleam jactas extremam. Quin nec salutis momentaneæ certum tibi est præsidium ex illo comparatum, pro quo certam jactas propitij Numinis tutelam. At quis ille furor est? certum relinquere Dei præsidium, ut tutelam quæras erroneam, nec certam nisi ab opinione tua fallacissima. Exemplum petis hujus, quam dico, rei? dabo.

Abusus SS. Eucharistiæ damnatus.

Nobiles fuerunt duo Germani, sicut relatu Nobilium accepimus, qui ad controversiam quandam, ferro decernendam, congressi erant: Cumque alter diro superstitioso*que* carmine, Malo Genio præeunte, esset invulnerabilis, aut telorum aciem retudisset; id*que* pugnans in illum animadvertisset, ensem repente humo infixum, acie per eam tractâ reduxit, & per frustum panis, quod in hunc casum penes se habebat, demisit, extrema*que* acie ei immisit, voto hoc concepto: *Non secus mihi cæsim punctim*que *in illum* (fixo in hostem obtutu) *grassari detur, ut cutem, carnem & ossa pervadas* (gladium compellat) *in nomine Patris, Filij & Spiritus Sancti*. Confestim*que* in eum insiliit, & mutatâ duelli aleâ, omni*que* carminum malorum vi debellata, incantatorem ipsum vel venefici operâ securum tutatum*que* unguento illo rubeo, quo eum emungebat, probè delibutum remisit. Vides, quàm nullo negocio, in fumum abeat omnis spes tutelæ illius abominandæ? Verùm tam horrendas ejusmodi mali Genij impostoras omnes ad infimas Orci extremi paludes, è quibus emissæ sunt, æterno mancipi-

orum dæmoniacorum cum exitio, remittendas relinquimus.

Porrò ne enſi acies juſta ab ullo præpediretur noxio ejuſmodi carmine, ſunt qui multa ridicula ac ſuperſtitioſa proponant, de quibus præſtat tacere, quam improbis prodere.

Nos autem ijs haud inſiſtimus; & ab altiori petimus principio, quicquid ad inferendum evitandumque quantum licet humanitus, in re militari conceſſum eſt, à metallorum ſcilicet occulta illa præparatione, quam prodere nudam omnibus nefas ſit.

Hiſce ſic inſtructis ad copiam, bombardas, reliquaſque ejus generis machinas, cannâ ferreâ ad lineam examuſſim perforatâ, aut tortili intus ductu porrectas, ſibi aptet; unicuique ſuas doſes accommodet; tum pulvere tormentario non tam ſævum intonante, aut eo, qui in uſum hunc ſingularem conficitur, vehementiuſque impellit, oneret. Sunt, qui glandes legi veliut aureas, alij argenteas, alij è chalybe, non nulli ex alijs metallis etiam, quibus adverſariorum armaturam trajiciant: Nos ex Electro Phyſico-Magico-Vulcanio fundi volumus, ex lege ſtratagematum, quibus in hoſtem graſſari fas eſt. Nam hactenus illud Virgilij tenendum.

Glandes tormentariæ ex Electro Phyſico-Magico fundendæ.

Dolus, an Virtus; quis in hoſte requirat?

Quæ à militaris diſciplinæ conſultis bellatoribus, Equitibus ac jaculatoribus, qui in Caſtris illis Martijs conſenuerunt, obſervanda ſunt. Novi ego, qui precioſi inſtar depoſiti illud aſſervabat: uſu enim longo comprobatum aſſerebat, ſi glandes plumbeæ, ſive ex alijs metallis fuſæ, tergantur panno, qui adipe viperino aut aprugno inunctus ſit, aut flore Cœli tinctus, rectiùs in ſcopum ferri & album ferire. Cui illud coloris ſuperinducebat, ut ex *Arte ſignata*, quam vocant, animadvertendum diceret, quid in volucerrimo directiſſimoque anguium, aprorum ac potiſſimùm Floris Cœli impetu, virtutum reconditarum lateat: Cui rei argumentum illud

Glandes tormentarias, quidam tingunt adipe viperino, aut cœli flore ut violentius perterebrent.

illud accedere addebat, quod exercitatissimus quidam rei Tormentariæ Præfectus ipsum religioso sibi jurejurando devinxisset, antequam ista & paucula alia sibi concrederet, insigni etiam à se repositò antidoro.

Nos quid de ijs sentiamus, passim obiter & apertè satis declaravimus. Nec opus est accuratiori harum tricarum refutatione, quæ virum non fallunt. Quid autem illos remoretur, qui nuces nec dum reliquerunt, curent alij. Quarè minus ille solicitè refutandi sunt (ipsi enim refutant se abundè) qui sumendum ajunt annulum è catena, quâ furi Spiritus est præclusus, cui in minutam grandinem Conscisso, plumbum super infundendum sit, ut glandem efformet, quâ certiùs destinatum scopum feriat quilibet.

Instructa sunt decoro apparatu tormenta bellica & machinæ ejaculatoriæ? Haud satis est. Cavendum unicè præ cæteris, nè quis ignotus, aut cujus non sat explorata fides est, bombardas tractet: Minimo enim negocio aliquid eis inferri possit, quod Experientiâ constat ut plurimum, ut exonerari & explodi nequeant, aut ab explosione dissiliant mediæ.

Vt bombardæ canna vel tubus dissiliat.

Secretò accepi ab eximiæ Nobilitatis viro quodam, siquis festucam è quercu à fulmine tactâ sumat, & pilos aliquot ab ælure toto corpore atra, & à caprâ ejusdem coloris evellat totidem, ac simul cannam bombarda subter abscondat (quod claviculâ quadam ligneâ extractâ, quæ cannam ferream thecæ ligneæ insertam retinet, & impactâ rursus, fieri potest, ut animadvertat nemo) necessariò in explosione mediam crepare & dissilire. At neque me feciſſe rei hujusce periculum, neque ab alio factum scire, meritò lubens confiteor. Salvam ego fidem cuique velim relictam: modo illud teneat; quæ minimè credas, sæpius ipso eventu exploratissima esse, à sagacibus quotidie deprehendi ingenijs & erui.

Aliud

Ranarum semen vernum, enervat pulverem tormentarium.

Aliud accepi item, cujus fidem autor probet: Si quis ranarum semen verno tempore exsiccatum, bellico injiciat pulveri, & illo bombardam oneret, & ad metam exoneret, haud longùm explosa glans ante bombardam concidet, præcisa in tantum pulveri tormentario efficacia.

Vnde colligendum, si fides sit dictis, eandem ferè curam bono jaculatori de istis suis machinis habendam esse, quæ castæ matri de virgine filia esse solet, ne ad hanc vel illas contrectandas admittatur temerè quilibet.

Ex hoc fundamento stratagemati cuipiam non in postremis habendo enasci posset occasio: Si quis nempe lignum à fulmine adustum & percussum, in pulverem redactum, bellico pulveri misceat; aut ab exusto eodem ligno carbones pulveri tormentario, cùm elaboratur, addat, eumque in manus hostium, quacunque posset viâ, incidere faciat, insigni arte omnem hostium eludet conatu, & ingens damnum à majoribus minoribusque tormentis bellicis in hostilibus castris excitabit. Illud certè longo carbonariorum usu, eorumque, qui circa ignem, eaque quæ ab igne perficiuntur, versantur, experientiâ comprobatum est, carbones eos, qui à tali sint arbore, infestum turbulentumque sonum reddere: Ignem enim ab iis dissilire, vehementer strepere & crepere. Atque huc quidem, ut de ligno querno credat, quod dictum est, haud ægrè opinor adducetur quispiam: Siquidem nemini non auditum est, trabes, cistas, mensas, cæteraque id genus alia, quæ ex arbore fiunt, ventorum violentiâ, dejectâ, stridere, crepare; idque frequentiùs, imminente ventorum tempestate: alias verò trabes tabulasque non item, quæ ex arbore securi prostatâ elaboratæ sunt. At verò dejectio, quæ ventorum impetu contigit, illi rei causam præbeat? Quid aliud rationis esse dicam, quàm ipsum in Natura, quod admiramur.

Panis à bellico pulvere carmen malũ ejspellit.

Iam verò ne malis carminibus bombardarum stupefacat effectus, sunt non nulli superstitiosi, qui bellico

pulveri

pulveri onerario panis frustula contrita miscent, & sorti quod reliquum est, committunt. Nos de nostro nihil hîc nec ullibi astruimus: sed in medio cuique hæc & alia relinquimus, ut & notionem, qua cautum est in universum, ne arma ulla, qualiacunque illa sunt, fœminea tibi manu porrigantur, cùm peregrè abeundum, quia calamitosum illud fuisse multis eventibus observatum sit.

Lupata, Calcaria, Solea ferrea.

De Lupatis, calcaribus, Soleis ferreis equo aptandis, sunt qui nimis videntur scrupulosi, in re quidem, meo judicio, nihili. Nam quid attineat illud ad summam rei, haud equidem intelligo. In Metallo enim nostro Phisico-Magico Vulcanio, omni Viro militari, quod inculcatum sæpius, munimentum est atque præsidium.

Sive igitur ferramenta Equo aptanda, sint è ferro Vulgato, sive ex illo, quod Capulum ambrie voluerunt & manum munire, parum est ad Achillem inviolabilem. Idem de Calcaribus est judicum. Liberum esto tamen è ferro illo cudere, quo equum concitari ajunt mirificè, si vel unus sit ex illo, inter reliquos, stimulus.

Frænum.

Sed & frænum è pelle Lupina, si malunt, maceratâ, vel crudâ, aptent.

Chamæleon niger equo robur addit, & vitino vires adimit.

Quod autem Lupato & laminis, quas mandit & lingua equus lambit, de *Chamæleone nigro* indunt particulas, præsertim in exaltatione sua naturali seu tempore, quod ajunt, balsamico circa horam Autumnalem effoffo, multum hîc, ut fatear, persuadent. Insigni enim herbam illam dicunt fascino, magneticè & martiali quadam virtute, equo simul & equiti etiam proximo robur viresq; insitas, & quod generosi est in Naturâ, adimere; ingenitum verò animi corporisq; robur accendi insigniter equo, cui illud in os inditum, adeo ut alter paribus cum altero vestigijs non possit decurrere, sed viribus magis magisq; flaccescentibus à tergo relinquatur. Eâdem perhibent esse virtute *Pulegium silvestre*, si probè vino tingatur Malvatico, quod spongiolâ inbibitum equi oralibus includitur; noviisse enim vim præsentè & testari eos, qui certaminibus equestribus ac

bus ac currulibus exercentur. Cæterùm idem, ut puto, est *Chamæleon* ille, quem alijs fœcunditatem adimere, & vim procreandi inferere homini volunt, qui eum penes se gestat. Simili quadam *Carduus Mariæ*, quem *Angelicum* alij dicunt, est pollentiâ, ijsdem autoribus, qui alium viribus & robore naturali exuit, & invisibili modo, viatori laborantivè apponit, qui eum gestarit secum: Fossores, messores & alij de tribu eâdem hominis, particulam exeo, ore tenent, & alijs juxtà laborantibus vires detritas addunt suo robori.

Vinum Malvaticum corroborat equũ, miris modis.

Triviale est, quod in equo fit periculum, quod dicam; ut antè pleno illum haustu Vini Malvatici, qui sextarium adæquet, proluendum curent, quàm in curriculo ei decertandum vel iter sit ineundum etiam; quo facto, tanta ei conciliatur animi alacritas, ut in quocunque sive decursu, sive contentione alia, alter ei à latere necessariò palmam relinquat insignem. In hanc fermè sententiam Gallorum Regi à Consilijs & Historijs *Philippus Cominæus: Erat mihi*, inquit, *tum equus, & vetulus admodum, & fractus laboribus. Is forte situlam Vini repertam hausit, eaquē potione sic fuit recreatus, ut alacriorem anteà nunquam fuerim expertus.*

Lib. 1. Comment.

Experimentum, quod singularis amicitiæ erga me testandæ mihi datum est, eâdem qua accepi, fide reddo.

Recipe *Chamæleonis nigri* unc. 3.
Imperatoriæ.
Branchæ ursinæ ana unc. 2.

Hæc simul in pulverem contunde; farinæ avenariæ quantum manu comprehendis, admisce: *Vini* sive *adusti* puri, sive *malvatici* tantum, ut madefiant, infunde: *Zibetthæ* granum unum & alterum, & succum è *porri capite* expressùm commisce, & massam ex his facito, placentasque tres in latere calefacto coque. Vibi decursurus est equus, placentarũ unam sumito; minutatim eam contundito; Vinũ adustum deinceps infundito; & spongiolæ absorbendum dato; equi lupato eam indito:

indito: Mox animum eriget, aures arriget, omnis moræ impatiens. Extremum sub pabulū, *Chamæleonis* aliquid minutatim concisi ei apponito. Quo facto, equus adeo corroborabitur, ut ad plusscula milliaria, sine pastu, non tamen absque potu, validus & sanus postea decurrerit & iter fecerit.

Aliud eâdem fide, ut equus duorum dierum civilum spacio viginti quinque & triginta (ut volunt) circiter conficiat milliaria Germanica, urgente ad id necessitate, absque pabulo consueto, potu tamen refectus, integra ei constante valitudine, sic habeto.

Farinæ avenariæ sume, quantum justi poculi mensuram compleat; *Vetuli ac putrefacti caseiovini* tantundē, id est sesquiheminam, & dimidium ejus farinæ *Chamæleonis nigri*. Hæc in massam densiorem subige, & placentulas ex ea columbini ovi instar pinsito; in umbra exiccari curato; in pulverem redigito, & singulas separatim habeto. Vbi in campum pergitur, manè, meridiè, subvesperam, & in mediam noctem ruri & sub dio, cum voles, equo præbeto. Commorari apud hospitē in diversorio non est necesse. Venter quidem equo evacuatur, sed vires eum non deficiunt. Tertio die pabulū ei consuetum ex fœno & avena præbeto. Viro militari ista convenientissima sunt, qui in hostili agro expeditionem habet, & hospiti sese noctu non audet committere, aut etiam interdiu. Iudæo cuidam, cui nomen *Ioseph van See*, ista in arcanis erant, à quo accepta, tandem in nostras manus etiam pervenerunt, & ea, qua accepi fidecommunico.

Artificium hîc tradendum erat, quo Equus jubâ prolixâ fiat pulcherrimus, caudaque possit adornari tam prolixâ ut terram eâ verrat longitudine cubitali, aut si lubet, majori. Sed ne vulgo prostituatur & alijs, qui isto artificio indigni sunt, ad invidiam Philipporum etiam hoc premo ut & alia pleraque, non editurus illa promiscuè cuiquam, nisi privato & ex præscriptis quibusdam legibus.

Superest multis nominibus insignis illa *Magnanimitatis aqua*, de qua ad dimidium cochleare, vini generosi hausto

hausto pleno immistum ebibet, cum jam equum *Achilles* noster conscendit, aut paulò antè quàm illum inscensurus est, ut digeratur et distribuatur membratim per corpus, priùs quàm hostem adoriatur: Sic *Martialem* animum ac *Heroicum* induet, salvâ corporis validine & mentis sagacitate, sive furore animosus scilicet, & cum audacia laudata vere impavidus, adeo ut in bellis, prælijs, oppugnationibus, velitationibus, certaminibus equestribus, curriculis, duellis eò procedat roboris & audaciæ, ut omnes herbam ei cedant. Quid si quis etiam reperiatur, cui cum Regibus, Principibus ac Magnatibus, in locis solennibus quicquam pertractandum sit, aqua illa intrepidum illum reddit, & gravem ad perorandum atq; idoneum dicam brevibus: è timido homine magnanimum facit, stupendâ metamorphosi, aliasq; insuper Virtutes exerit medendis pluribus morbis intrinsecis.

Hac magnanimitatis aquâ, ut quidam referunt, *Maximil. I. Imperator* in bellicis cæterisq; magni momenti negociis usus est, & in prima acie cum militibus sæpe versatus, cum primis hostem sua manu adortus est, ut ex Historiis constat. Alia itidem Heroica edidit facinora, periculosissima adiit multa, Damis persequendis, etiam cum præsentissimo vitæ periculo. Quòd si fortitudo illa & præstantia animi (quæ quidem innata erat isti *Cæsari*, hac tamen aquæ hujus virtute mirâ magnopere adaucta est) *Imperatori* insita non fuisset, quæ non eorum, quæ tam fortiter gessit, nuncquam gesta forent? De hac aqua *Imperator Ioanni Comiti Hardeccio* (cujus animi magnitudo & facinora præclara in bello Italico & Turcico enituerant maximè) tanquam de se benè merito, ductoriq́ue copiarum suarum invictissimo elargitus est.

Descriptio Aquæ Magnanimitatis, sed studio pressa, non vulgo prostituta, quod nefas sit. Non enim isthæc, ut alia pleraq; gregatim turmatimq́; sed viritim & singulis data acceptaq́ue fide, ex legis præscripto, elargienda sunt.

Anni utilis Hora Verna copias educit animalium genus

genus,& colonias emittit, non volucre, sed leve. Horum lustra exercitum, quem educit primum, & stratagemate quodam (vix enim aliter sine periculo queas) in potestatem tuam redige, ut ex illo, quantum satis est, capias. Cuniculis ad hanc rem opus est,& machinis non æneis illis bellicis, sed vitreis duntaxat, quas orificiotenus in terram opus est immergas, & intus struas dolos. In hac insidias sese præcipitant facilè cupiditate predæ. Avidum enim genus predæ est. Vbi sat magno numero irrupit agmem, prædam instrumenris subducas in hoc comparatis. Tum præfocabis omnes, qui in cuniculos inciderunt: & mortuos nec cœlo, nec terrâ, nec utroque sepelias, sed geniali quodam rore à Vulcano lustrato, solennemq; in ritum decocto, donec putrefactione & digestione factâ in liquorum abierint, quod ut fiat, Magnæ Matris filio exponito, aut Saturno cuipiam calido devorandos deponito. Quo profecto, quod reliquum est, artis Spagyricæ lege ac methodo educito & extrahito: Liquori sic à vulcano iterum perlustrato tantum, quantum satis esse videbitur, immittito arboris infœcundæ, quam è *Zeliam & Mutir Moluchorum* advehunt, condimenti amœnioris ergò. In vitrea phiala aut testa diligenter occlusa denique ad usum asservato, de quo suprà. De signatura bestiarum divinitus ipsis impressâ non attexımus aliquid, ne ad nomen illas irritemus: A sumto hoc decocto non vocatæ ultrò aderunt,& omen addent, cum vigore pleno, ei qui sumserit pharmacum.

Atque isthæc, de singulari & Naturali-Magico-Vulcania *Martiali* Herois invictissimi cujusdam armatura, hactenus. Nam quòd armamentario huic (ex relatu ac sententia aliorum, à quibus ea in peregrinatione nostra hausimus) inserendum putabam de præparatione funium nauticorum, vegetum, vasorum, aliorumque quorum in re maritima usus est, ut nihil eis damni ab igne teliſque ignitis possit inferri, alijsque non nullis ab hoc argumento haud alienis, non apponendum, consulto amico uno & altero, judicavi. Quod magis consultum est etiam, de Instrumenti illius hypotyposi,

quo animi sensa multis à te milliaribus distanti cuipiam, velut per literas & epistolam explicare possis; Etsi enim hîc aliquid suis involucris ac velamentis tectum afferre potuimus (non enim nudum debebamus ex Artis præscripto) quod desiderium & salivam acutis viris moviſſet: tamen quia sine nostra vel alterius cujusdam gnari artificis, quasi Promethei ferula, nihil quod ad summam rei pertineret, eruere potuissent, nihil ponere maluimus, ne abuteremur bonorum Virorum opera.

Tu verò, quisquis es benevole Lector, cuicunque aliquid non perspectum vel intellectum est prima fronte; suspende judicium de iis, quæ tibi non liquent: & de iis etiam, quæ tibi videntur satis liquere, ne quid temerè pronuncia. Nec alium ferto in re arcana calculum, quàm de tua fama velis à bono viro apponi. Sunt fortassis qui inani, nescio qua, & pueris vel aniculis digna quadam, ubi negocium agitur pietatis, superstitione, multa in his superstitiosa veluti refutabunt. Sed ipsi refutabunt sese, qui siniſtrum quid pronunciabunt, quod sensu est dexterrimo, etsi multis non explorato. Nusquam violata est Pietas, nusquam purior contaminatur Religio. Pectus enim hoc devotum est Numini universo, quod concedent, qui intelligunt, nihil sine influxu universi Numinis in latentori quodam opere, ab homine secretioris Naturæ Consulto edi posse. At multa in ijs nova & inaudita? Sic est, & trivialia quid sectaremur? Sed quia novum & inauditum, non ideo vanum vel superstitiosum. Sed quid invidos hisce me placaturium sperem? quos qui placare studet utplurimum, hoc ipso irritat maximè. Æmulos non morari est nostrum, & eorum, qui aliquid à vulgo egregium non triviali sectantur ingenio. Qui bonus est lector, rumina, & rerum Naturam cogita. *Vale.*

FINIS.

Mendas Typographicas graviores, quæ ob Authoris absentiam irrepserunt, satis cumulatè, sic benevolus lector corriget.

Pag.6 pro lege versu.38.præ. tum leg.ver.21. tam. inculta l.v.24.incluta. sapax l.v.29.sagax. judicum l.v.29.judicium. stirps l.v.35.stirpi. p.9 hostis l.v.21.hosti p.10.Stævol.le.ve.13.Scævol. αυτῷ le.ve.24.αυτῶ. deputentiæ le.ve.34.depudentiæ. p.11.cædimus le.ve.31. credimus. p.12.proprus le.ve.17.propius. quæ l.v.19. quis. p.13.hac le.ve.1.has. efflorescentibus le.ve.11. efflorescentis. cum le.ve.11.eum. senu le.ve.22.sexu. colonios le.ve.34.colonias. manum le.v.38.manuum. p.15.οὐλιαθς le.v.2.οὐλίαις. Υέων l.v.1.Νέων. αυχμαθσιν le.ve.2.αυχμαῖς. illi le.v.31.illis. malus le.v.31.mulus. pendebant le.ve.37.pendebat. p.15.πλυτ le.ve.5.κλυτ. γα le.ve.23.γός. quisquam le.ve.28 quicquam. pa.16. φνᾷ le.ve.2.φυᾷ. Tyricorum le.v.10.Lyricorum. audire le.ve.18.audin'. p.17.Remoreb.le.ve.7.Removebitur. μη le.v.14 μιν. M.Ægypt.le.v.32.M.& Ægyptiis. propagatur le.v.33.propagatus. p.19.vestig.l.v.35.vectig. p.20.Αθανία le.v.5.ἀθαναία. Zεν l.v.7.ξεν. terrea l.v.11. ferrea. superius le.ve.25.superis. p.21.ratationi l.v.1. rationi. terræ credimus l.v.2 terræ edi credimus. p.22. Cicinus l.v.17.Ficinus. mala l.v.24.malo. p.24.Enesuph.l.v.10.Ensoph. Kelimeh.le.v.27.Belimah. p.26. Carnem l.v.13.Carmen. p.27.cessetim l.v.27.cessetim. dure le.v.31.duce. p.28. Marcos l.v.16.Marsos. p.29. cæteratos l.v.18.cateriatos. intēpestu l.v.29.intēpesta. legatis non l.v.33.legatis gestatū non. p.30. expediere l.v.5.expedire linguit l.v.14.lingit. carus l.v.22.caris. p.31.clangorum l.v.1.clangorem. δυσαιατ' l.v.9.δύσοντας. clarioris l.v.22.clariores. Degmata l.v.24.Pegmata. cipula l.v.33.tipula. p.32.munitissimam l.v.16.minutissimā. p.33.euntem l.v.9.eunte. trangatur l.v.22. tangatur. p.34.fontes le.v.22.fontem. p.35.pauculus l.v.6.pauculis. qualitatumi l.v.11.qualitatum. sine l.v.21.sint. p.36.teneat le.v.18 teneant. homicidia l.v.29. homicida. p.37.ἐπικιανῳ le.v.17.ἐπικράνῳ. distringuat l.v.22.distinguat. p.38. Fred.l.v.15.Ferd. catis l.v.28.

satis. προσβασκάντων l.v.38 προβασκάντιον. p.39.morienes l.v.1.moriones. sennici l.v.2.scenici. meru l.v.4.Merx. ommitũt l.v.8. amittunt. à Vitarũ l.v.20 avitarũ. Vetbercas l.v.29.Verbereas. Duclia l.v.31.Ducé. p.40.Bos l.v.14.Cos. p.41 factam l.v.18 falsam. ναῖδ l.v.31.παῖδ'. Notelopi l.v.37. Notelopoli. p.42.quæ l.v.2.qui. sit le.v.20.sint. p.43.borror le.ve.15.horror. ignus l.v.18.ignis. lati l.v.22.latè. superum l.v.35.superũm. ulmis l.v,36.ulnis. p.44.cupressima l.v.5.cupressina. Heiperus l.v.10.hesperus. trigido l.v.14 trifido. stimulatis l.v.39 stimulatus. p.45.Tuictonis l.v.23.Tuistoris. Argelicas l.v.28.Argolicas. p.46 ακεδιπονου l.v.5.ἀκεασίπονον. p 48.τέοχεα l.v.5.τέυχεα. τεοχυ v.l.29.τέυχε. τρομο ὸο δ l.v.31.τρόμος ὕδε. p.49.inspiæ l.v.5.inspice. expositię l.v.10.expositę. ῆφοαι v.l.29 ῆφθαι Phumutus l.v.29.Phurnutus. p.50.Artores l.v,5.Arbores. p.51.Mongitellus l.v.3.Mongibellus. excestuare l.v.4.exæstuare. δύσονται l.v.13.δόσονται. ἀγῶναν l.v.13. ἀγῶνα. p.52 audeat le.ve.4.audent. festis le.v.5.pestis. Hisrarbæ le.v.26 Hyjarbæ. p.53.forma.le.v.37.fama. p.54.alterioris l.v.6.altioris. p.57.lavam l.v,1.lævam. prodiantur l.v.6.produntur. parus l.v.36.paras. p.58. terreus l.v.7.terroris. p.59.in oblir.l.v.9.oblit. obrylo l,v,12.obryzo. barbos le,v,40.bardos. p,63.idicio l,v,39.indicio. p,64.infectanda le,v,26.infectanda. p,65. probè le,v,1.prope. fugit l,v,7.fugit. p,66.sonus l,v,9 sonis. concepto l,v,36.concepta. p,67.campanam l,v,67.campanum. quod l,v,21 quid. p,69.oborivatur l,v,29.oboriuntur. p,70.quod l,v,9.quam. Hæc l,v,12. Hac. p,71.qualibet le,v,1.quolibet. oblectionem l,v,28.oblectationem. p,72.servantes l,v,39.verſantes. p,73.doctoris l,v,24.ductoris. hoc l,v,36.hac. p,76.conjectum l,v,3.conjectura ſtabibus l,v,36.trabibus. scire l,v,36.serie. sabulos l,v,37.tabulas. p,77.secrero l,v,4. secreto. sinousis l,v,16.sinuosis. accerum le,v,39.acierum. p,78.precioso l,v,19.precioſa. p,79.Ovidiis l,v,7. Ovidius. tranctando l,v,8.tractando. omnibus l,v,18. opus. quod l,v,27.quot. p,80.prima l,v,14.primò. cmortuum l,v,12.mortuum. Vnio l,v,35.Vino. p,82. cum egerit l,v,10.cum erigit. p,83.insignite l,v,12.insigniter.

signiter. ferialis le.v.13.feralis. Pompeia par le.ve.21. pompeia de par. p.84.commendo.le.ve.11.commento. P.87.parcum.l.v.13.parium. Bilgarũ le.v.15.Belgarũ. p.88.renarum l.v.6.ranarum. fugæ l.v.26.fuga. p.89. si ra.l.v.11.sic ra. p.91.monstret l.v.15.monstrat. pugnata l.v.25.purgata. p.92.lelligo le.v.32.lolligo. p.93. alieni l.v.7.alienos. possum le.v.23.pessum. p.94.magneticam l.v.13.magnetica. aliquot l.v.27.aliquod. p. 97.Assalides l.v.18.Assalliæ. p.98.cococlym.l.v.23.cacochymici. p.99 post delectu,adde v.13.Virium,ætatis, aliarumq; indicationum dogmaticarũ. p. 100.corvino l.v.23.cervino. p.101.queunt l.v.12.solent. p 102.viatus l.v.22.iratus.p.103.macocros.l.v.21.macrocosmi. tracta l.v.28. tractata. p.104.veterũ le.v.18.uterum.p. 105.Incadũ l.v.11.incudẽ. possi l.v.19.possit. cangruũ l.v.24.congruum. p.108.ni re l.v.28.in re. p.109.rum dele v.36.rum. p.113.librè le.v.31.liberè. p.114.p̃fectum l.v.2.prę̃fectum. reticula l.v.23 reticulæ. galeole l.v.31.galeolæ. p.115.esti le.v.5.esto. perduellam l. v.14.perduellem. p.116.Menunus l.v.36.Menung. p. 118.locuples le.ve.11.locupletes. Iovus le.v.26.Iovis. tracti l.v.37.tractim. ostheri l.v.37.theriacâ. omni l.v. 39.omnia. p.120.expositæ l.v.3.exposita. scutatores l. v.35.scrutatores. ille le.v.37.illi. p.123.ille le.v.10.illi. bõbarda l.v.29 bõbardæ. p.124.conatu l.v.29.conatu. p.125.ambrie l.v.17.ambire. judicum le.v.19.judiciũ. p 126.hominis l.v.9.homines. ulbi l.v.36 ubi. p.128. sive l.v.6.sine. p.129.hac l.v.8.has. liquorum le.v.15. liquorem. profecto le.v.17.perfecto. Zeliam le.v.21. Zeilam. p.130.Invidos l.v.30.invidis. placaturium l.v. 31.placaturum. est, lege versu 34.es.

FINIS.

FINIS.

9855545

M394

